PARISIEN.

PRAETENSAE DISPENSATIONIS MATRIMONII

Emi et Revmi Patres

1 Duobus abhinc annis de hac causa, quam mox defensurus essem, adhibitus fui in consilium, et recordor me in S. Congregatione interposuisse pro Comite Zamoyski rite explendo *Parisiis* processui in causa dispensationis inter ipsum Com item et uxorem. Acta *mulieris* tunc fieri voluissent in ea Curia *ad normam juris*, quae *bene aut male* antea delegari contigerat: at vehementer institi pro delegatione Archiepiscopi *Vindobonensis* pro confectione alterius partis processus *virum* respicientis, qui una cum testibus in ea Urbe morabatur, scilicet Interrogatorium, inspectio et examen septimae manus.

2 Reapse S. Congregatio sub die 29 Martii 1886 scribi jussit — *Emo Archiepiscopo* (*Parisiensi*), *ut curet processum ad exitum perducere a tramitem Instructionum transmissarum, subdelegata Curia Viennensi pro confectione actorum, quae Comitem respiciunt* —.

3 Inutile est hic referre omnia offendicula, gravia sane et numero plurima, quae acta remorata sunt ante et post Interrogatorium mulieris ejusque inspectionem. Haec patent ex actis, eorumque recordatio potius offenderet, quam causae compendio esset.

4 Ad exitum tandem *Parisiis* adducto processu pro *muliere*, transmissisque Romam actis, supervenerunt quoque acta facta in Curia *Videbonensi*. Comes, Viennae praestito juramento, declaravit se *matrimonium omnino consumasse*, reique uxoriae per *integrum quadriennium* operam dedisse. *Tres Periti Medici* ipsius corpus invisentes, *robustum* renunciarunt, *normaliter formatum nihilque praeseferentem*, *unde impotentia coeundi argui posset*. *Testes* tandem *septimae manus* de honestate Comitis loquuti sunt, *deque optima fide in dicendo*, maxime si agatur de re gravis momenti, additis quibusdam circumstantiis tum de veritate assertae consumationis, tum de religiosis ejusdem moribus.

5 Interim quid Comes ageret, quid mente agitaret, mihi non liquebat. Is tamen *libellum* adhuc *ex semetipso conscripserat*, typis *Viennae* traditum, pro sua defensione, quem Emi Patres norunt, una cum *documentis*, more *Summarii*, quin aliquid de hoc suo concilio non mihi tantum, sed aliis etiam, quos adhuc adhibuerat, manifestasset. Forsitan in re omnium perspecta putabat, suam illam propriam defensionem sufficere, ex *irregolaritate* praesertim actorum peractorum *Parisiis*, qui in pretio haberi non poterant. At enim, postquam ego a S. Congregatione monitus de proxima causae propositione eidem retulissem nullum pro defensione Comitis me habere mandatum, nihilque ideo praestare posse, en *ex improviso* mihi Comes Romae se offert *sub die* 8 *Februarii currentis* 1888, meum enixe implorans auxilium in proxima causae propositione.

6 Quid facerem? Tempus instabat, nec defensionem parare, neque etiam plene respondere possem *binis Voluminibus contrariae Defensionis*, quae ipso aspectu *deterrebant*.

7 Tunc momento temporis, inspectis Defensionibus aliisque, quae ex adverso parata erant, mecum reputa-

vi, abjecta formali *Responsione contrario Restrictui*, quae unica in temporis angustia superfuerat, ex omnibus potissimum deductis ab egregio *Vinculi Defensore* in suis Animadversionibus, ad *irregularitatem actorum Parisiensium* me praecipue convertere. Si namque matrimonium consistere non posset ex *sola peritia Viri*, utut numeris omnibus perfecteque absoluta, multo minus ex *alia peritia super corpore mulieris* rescindetur, tot tantisque *mendis* inquinata, *omnimodam fidem* ei, quae maxima coeterum esse deberet, auferentibus. *Forma* enim optime confert ad *sinceritatem* actus.

8 Hoc *convenit Comiti mecum*, Romane ea intentione praecise advenienti, priusquam mecum alloqueretur. Utrique ergo EE. et RR. Patres hodie mane rogamus ut, si contrariam instantiam pro dispensatione *rejicere abscisse* non putent, rescribere saltem pro veritate et justitia dignentur —: DILATA ET FIAT NOVA INSPECTIO MULIERIS, SERVATIS SERVANDIS —, ceu humiliter deprecamur.

9 Basis dispensationis, ut cuique patet, est *inconsumatio matrimonii*, qua quidem perperam concessa, ubi matrimonium revera consumatum esset, nihil agerent Conjuges propter *indissolubilitatem* conjugii de *jure divino*.

10 Jam vero, huc contentio redit: *consumatum nec ne est matrimonium*, de quo agitur? AFFIRMAT sub sacramenti religione Comes Zamoylki PRO CERTO et EX VERITATE SIBI PERSPECTISSIMA in responsione Interrogatorio. Qui quidem Judici processus fassus est, se in *quatuor annis*, quibus viguit maritale contubernium, absolute et perfecte REM UXORIAM COMPLEVISSE cum Ludovica Pelissier de Malakoff: *initio connubii* QUATER IN HEBDOMODA, incipiendo a secunda die nuptiarum: *duobus annis sequentibus*, QUATUOR vel QUINQUE VICIBUS IN SINGULOS MEN-

SES; et in *quarto anno*, QUATUOR AUT QUINQUE VICIBUS INTRA ANNUM. Plerumque uxor erat *contenta*, aliquando obsistebat, ajens — *di non voler esser costretta a ciò* —.

11 Neque hoc *Comitissa impugnavit*, perpetuo *abstinens* ab adserenda impotentia viri, licet ex suis finibus relativam confingere posset —: *Je ne puis répondre a cette question: seulement mon mari me faisait remarquer que j' étais trop maladroite........ Je suis sure an moins qu'avec moi le chose était impossible* —.

12 Sane fuit Comitissa, quae quandoque obstitit uberioribus mariti congressibus (in quo cohaeret cum viro), ceu habemus ex fragmento epistolae datae Aloysiae ab amica, ubi *de resistentia* ad complendum actum suboscure loquitur. Cubicularia vero *Josepha Mayer* magis distincte profert —: *Ex ore ipsius Comitissae percepi se nolle concipere prolem* —.

13 Sed *declaratio consumationis matrimonii*, facta a Viro in responsione Interrogatorio, quae ex *cap.* 1 *de frigid. et maleficiat.* praevalere debet contrariae depositioni uxoris, vim maximam accepit *a judicio trium Peritorum medicorum in inspectione sui corporis. Joannes Kundrat* ait —: *Ex hoc viso reperto concludendum est, inspectum* NULLA MONSTRARE SIGNA IMPOTENTIAE ORGANICAE, IDEOQUE NULLAM ADESSE RATIONEM SUPPONENDI *inquisitum fuisse* IN TASTATU, IN QUALI DEBITUM CONJUGALE EX CAUSIS ORGANICIS NON SOLVISSET, VEL SOLVERE NON POTUISSET —. Peritus *Albertus Reder* subdit —: *In Comite Joanne Zamoyscki nunc temporis* NULLA INVENITUR ANORMALITAS, *neque organorum genitalium, nec nervorum centralium systematis*, QUAE IPSUM IMPOTENTEM REDDERET, ET FACULTATE COEUNDI PRIVARET —. Et *Eduardus Albert* —: *Comes Joannes Zamoyscki* HOMO PERFECTE SANUS EST, OMNINO NORMALITER FOR-

MATUS, ROBUSTUS, *paululum nervose irritatus.* GENITALIA *ejusdem* STRUCTURAM *demonstrant* OMNINO NORMALEM. *Quorum innervationem quod attinet,* NON INVENI QUOD SUPPONAM IMPOTENTIA COEUNDI — *contr. Summ. num.* 92 *Litt. F. D. G.*

14 Hi Periti Viri, summa quidem experientia et in re medico-chirurgica Viennae praestantissimi, omnem promerentur fidem, quia, procul a studio partium primo ACCEPTO HABITI SUNT A PROCURATORE COMITISSAE LUDOVICAE ABSENTIS *contr. Summ. num.* 42, hinc, praestito juramento de veritate dicenda, coram Judice deposuerunt, *juxta* PRAECISAS ET SACRAMENTALES FORMAS *Instructionis S. Congregationis diei* 22 *Augusti* 1840 pro confectione processus in causis matrimonialibus.

15 Dicitur *Peritos* loqui de *actuali potentia* Comitis, de tempore nempe factae inspectionis, non de *praecedenti,* durante contubernio, quae in discrimen revocari posset. Optime hic Vinculi Defensor: Si viri potentiam in dubium revocas ex *regulari* partium genitalium viri *conformatione, multo magis ancipites esse oportebit* de matrimonii inconsumatione, etsi mulier *omnia exhibeat* physicae virginitatis *signa,* quae ex *Zacchia, Barzellotti aliisque semper fallacia sunt et incerta,* in ipsa QUOQUE PERSISTENTIA HYMENIS.

16 Quid vero de *nulla* mulieris *querela* circa mariti impotentiam *integro quadriennio*? Quid de *nullis Medicis* accitis, *nulloque* ex ore ipso uxoris *remedio per virum adhibito,* ut se redderet potentem, sicuti in similibus fieri semper contingit vitandis jurgiis et scandalis separationis, ipsiusque judicii nullitatis aut dispensationis matrimonii? Quid de *compluribus litteris Ludovicae* ad virum, quibus, quum sibi *placeret,* absentem revocat, peramanter nuncupat, mox redeuntem praestolatur?

17 Quid rursus de *dubitatione Ludovicae conceptio-*

nis prolis? Quid de ipsius *rogationibus* frequentique *lectura librorum*, cum se putaret *utero gravem*, vel etiam contenderet jacere posse cum viro absque eo quod *utero conciperet?*

18 Sed adhuc contra *haec alia* peremptoria *facta*, *consumationem* matrimonii adstruentia, a muliere oppugnatam, objicitur: adest *Peritia trium medicorum Parisiensium*, quae, praevia inspectione, virginem Ludovicam renunciarunt, *additis* quoque *testibus septimae manus, Parisiis* jugiter excussis de sua credulitate. Mittite precumur, *testes*, qui, quin aliquid ex proprio facto proderent, aut aliude callerent, *orationem* potius *panegiricam* de ea, de familiae abavis et atavis solemniter recinerunt. Vere nomen gentis *Pelissier de Malalhoff* in Gallia et alibi grande est. Hoc tamen extra causam videtur. Legi invicem iis testibus *ante oportebat* ex *Instructione S. C. id quid Ludovica deposuerat*, ut inde testimonium ferrent de credulitate rerum ab ea raditatarum, in quo unice consistebat vis hujusce depositionis; atque hoc *longe abfuit*.

19 Testium vero aliqui, utpote suspecti, repelli merentur: scilicet *Maria Beline, Clotildes Vibout* et *Felix Robin*, de tempore testimonii Comitissae famulantes. *Petrus Paviot* domo pulsus fuerat, ipsemet ut fatetur, a Comite. Alii, uti *Conjuges Masson*, magna pars sunt *praesentis processus*. Quam distant testes mulieris a nostris, ab ipsa *Comitissa Viennae* admissis et inter plurimos aeque spestabiles a Iudice processus selectis!

20 Reducta hinc probatione inconsumationis pro dispensatione PERITIAE MEDICORUM PARISIENSIUM super corpore *mulieris*, perpendendum erit quam sit INCERTA et PERICULI PLENA, juxta omnes, *probatio physicae virginitatis*, hausta ab *inspectione*: quae UNICA insuper et SUPREMA exististit in casu nostro probatio. Si haec OMNIBUS OMNINO FORMIS a ju-

re requisitis pro vitanda fraude et erroribus apprime non confirmetur, vere erit *ludus puerorum*. Idem est enim non inspicere mulierem, ac eam ita inspicere, ut vis quomodocumque fieri possit veritati.

21 Jam vero quiquid *S. Congregatio* prescripsit in *Instuctione anni* 1840 pro confectione processus in causis matrimonialibus, juncta *alia Instructione S. Universalis Romanae Inquisitionis*, a primo ad ultimum praeceptum, fuit conculcatum - Vult Instructio sub § *Judex* quod -: *Judex* PRAEFIGAT TERMINUM TAM UTRIQUE CONJUGI, *quam Defensori matrimonii* AD EXIBENDAS NOTULAS PERITORUM MEDICORUM ET CHIRURGORUM CONFIDENTIUM ET DIFFIDENTIUM *pro utriusque conjugis inspectione, congrua congruis referendo. Exhibitis Notulis a partibus, Judex eliget quinque Peritos, tres scilice Medicos et duos Chirurgos ex his, in quibus partes consentiant, si minus ex officio eos, qui tamen partibus non sint rationabiliter suspecti, deputabit; atque curabit, ut deputatio cadat super celebrioribus Civitatis tum quoad scientiam, tum quoad religionem et honestatem, atque his Petitis facultatem dabit recognoscendi corpus* -. Curia invicem HAUD PRAEFIGIT TERMINUM COMITI ZAMOYSCHI AD EXHIBENDAS NOTULAS PERITORUM CONFIDENTIUM ET DIFFIDENTIUM: proprio nutu nominat *tres Medicos* pro inspectione: hi non *propositi a partibus*, ab his NEQUE ACCEPTO HABITI SUNT, cum Comes pluries adversus illos protestationem Judici emiserit.

22 *Praestari* insuper debebat ex *alia Instructione* in causis matrimonialibus *S. Romanae Inquisitionis* a Peritis *juramentum*, post solita monita de veritate dicenda, non tamen *post inspectionem*, citatis partibus, ut eidem adsint, ANTEQUAM AD EXPLORATIONEM VIRGINITATIS DEVENIATUR. Et in casu non solum *Comes non fuit citatus*, sed Periti inspectioni perrexerunt, HAUD ULLO PRAESTITO JURAMENTO. Nam juramentum

sunt illa dumtaxat verba, in quibus explicite vel implicite *Dei praesentia invocatur S. Alphuns. Theolog. Moral. lib.* 3, *cap.* 2, *num.* 176, NON QUAE Periti *in syngraphis*, haud invocato Dei nomine, sed hac una phrasi tradiderunt — *sous la foi du sacrament* —. Quin mederi substantiali defectui potuerit, ex excussione alia facta Peritis insequenti anno, post *quindecim menses*, ut scilicet veritatem sub sacramenti religione, de eo quod olim viderant, tunc aperirunt. Unus tantum ait: — *Je jure de dire la verité entière sans partialité* —: duo alii responderunt simpliciter — *Oui* —. Verbum — *oui* — non est — *juro* —, Dei sanctissimo nomine invocato, juxta *S. Alphunsum.*

23 Iubet pariter *Instructio S. Congregationis anni* 1840, *quod cum procedendum erit ad inspectionem corporis mulieris* —, Iudex — TRES SALTEM OBSTETRICES DEPUTABIT, *quae sedulo* (una cum Peritis Medico et Chirurgo, ut supra diligendis) *erunt instruendae* DE RECOGNOSCENDO VISU ET TACTU IN MULIEBRIUM INSPECTIONE. *Statuta autem hujus inspectionis die, mulier erit traducenda ad domum* HONESTAE MATRONAE, PARITER A IUDICE DEPUTANDAE, *pro infrascripta praestanda personali assistentia ac, adstantibus semper tribus Obstetricibus, immergenda erit in balneo aquae tepentis* —. In casu *honesta Matrona* fuit MONIALIS, quae aut nihil sciebat, aut nimis sciebat, HAUD DEPUTATAE SUNT OBSTETRICES, quae semper *adesse debebant* una cum *Matrona*. Inspectio facta est a SOLIS TRIBUS MEDICIS ET CHIRURGIS. Utique verum est, generaliter loquendo, Medicos praestare mulieribus: sed, praeter quod haec est *forma* ad nuguem exequenda absque Oedipo conjectore, hic, in casu nostro, agitur de integritatis facto adstruendo, non de *generationis aptitudine*,

Hoc *ultimum* judicium, utpote difficilius, Medicis reservatur, dum, quod est honestatis et facilioris cognitionis, mulieribus jura tribuunt.

24 Praescribit rursus *Instructio*, quod postquam mulier inspicienda steterit — *per spatium saltem trium quadrantium horae unius in balneo aquae tepentis*, ADSTANTIBUS SEMPER ET PRESENTIBUS MATRONA ET OBSTETRICIBUS, *statim, ne ullum spatium aut momentum temporis mulieri detur, quo ad arctandum vas aliquo modo uti queat*, AD IPSIUS CORPORIS INSPECTIONEM A SINGULIS SEORSIM DEVENIENDUM ERIT —. Atque hic tres *solos Peritos*, absque *Obstetricibus*, habemus, INSIMUL INSPICIENTES, ad INVICEM COLLOQUENTES et in FINALI IPSO JUDICIO INTER EOS CONSENTIENTES: gravissimum sane et accurate vitandum, ut unusquisque, prout *Instructio* sibi praefigit, REMOTO ARBITRO, PRODERE POSSIT INTEGRAM LIBERAMQUE SUAM SENTENTIAM, neque *alter ab altero*, sicuti fieri in similibus contingit, ex humano respectu *praefocetur*, vel *alliciatur*.

25 Et dum *Periti*, juxta eamdem *Instructionem*, *statim* sententiam prodere debuissent — *super signis et argumentis intemerati aut corrupti claustri virginalis* — et, ut dicitur in *Instructione*, — SEORSIM REFERENT DE VIRGINITATIS AUT CORRUPTIONIS SIGNIS *ab in spcctione resultantibus . . . . in responsionibus ad Interrogatoria, quae clausa et obsignata exhibebit Defensor valititatis Matrimonii, servatis quoad examen iis omnibus, quae superius dicta sunt, congrua congruis referendo* —, nostri Periti Parisienses haud statim, nec post diem, nec post breve tempus, sed POST QUINDECIM MENSES ACCITI ET INTERROGATI SUNT. Quid hinc prodere, quid recordari coram Judice possent, post tantum temporis intervallum, unusquisque senso suo facile intelligit !

26 Notate has omnes cauthelas et formas tam *Instructionis S. Congregationis Concilii,* tum alterius *S. Universalis R. Inquisitionis* in processibus matrimonialibus non esse novas. Praescriptae jure fuerunt, ut opportune Defensor vinculi notat, in jure communi, canonico et civili, eorumque defectus ex auctoritate Tribunalium, etiam in uno actu, nullitatem perpetuo peperit.

27 Jamque, Patres Eminentissimi, NUNQUAM, PRORSUSQUE NUNQUAM FIET, ut ABSQUE PROBATIONE INCONSUMATIONIS, cum *sola peritia* hujus furfuris, *dispensetis,* dum e contra liquet MATRIMONIUM, de quo agitur, ABSOLUTE ET VERE CONSUMARI. Nisi ergo *reijcere* amodo *velitis* contrariam instantiam *pro dispensatione,* rescribere iterum precamur, ceu initio petivimus, — DILATA ET FIAT NOVA INSPECTIO MULIERIS, SERVANTIS SERVANDIS. —

Quare

FRANCISCUS CERASI Adv.

CORAM

SACRA CONGREGATIONE CONCILII

sive

Reverendissimo P. D. CAMILLO SANTORI

ARCHIEPISCOPO SELEUCEN.

SECRETARIO

PARISIEN.

PRAETENSAE DISPENSATIONIS MATRIMONII

INTER

Comitem Joannem Zamoyski

ET

Comitissam Ludovicam Pelissier de Malakoff

MEMORIALE

EX GRATIA LEGEN.

Pro Congregatione Mensis Februarii 1888

Typis Fratrum Pallotta

PARISIEN.

DISPENSATIONIS MATRIMONII

INTER

Comitem Joannem Zamoyski

ET

Comitissam Ludovicam natam de Malakoff

ANIMADVERSIONES

DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO
CUM SUMMARIO



SACRA CONGREGATIONE CONCILII

SIVE

Rm̃o P. D. CAMILLO SANTORI

ARCHIEPISCOPO SELEUCIEN.

SECRETARIO



PARISIEN.

DISPENSATIONIS MATRIMONII

INTER

Comitem Joannem Zamoyski

ET

Comitissam Ludovicam natam de Malakoff

ANIMADVERSIONES

DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO
CUM SUMMARIO

pro Congregatione diei 18 februarii 1888.



ROMAE
TYPIS S. CONGREG. DE PROPAGANDA FIDE
MDCCCLXXXVIII.

PARISIEN.

MATRIMONII

ANIMADVERSIONES

DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO

DUBIUM

An sit consulendum SSmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.

Eminentissimi ac Reverendissimi Patres

1. Volvente anno 1881 sub die 10 mensis martii matrimonium ritu solemni Lutetiae Parisiorum in parochiali ecclesia sancti Philippi de Roule celebratum est inter comitem Ioannem Zamoyski 32 annos natum et Ludovicam Pélissier de Malakoff in aetate annorum 21 constitutam.

2. Nuptias praecesserat discordiarum fomes. Ludovicae enim mater et patruus (pater e vivis excesserat) familiari comitis censu contenti minime erant. Iisque auspiciis connubium inire Ioannes reformidabat:

ac ea de causa Parisiis iam discesserat et patriam Vindobonam repetierat.

3. At Ludovica, quae statim ac prima vice mense octobri 1880 comitem allocuta est senserat cupidinis arcus, flocci faciebat patrui matrisque dissensum, atque omnimoda sui erga eum amoris argumenta Ioanni praebebat, dubitationes ab eius animo solicita cura propulsabat eumque ad optatas nuptias excitabat: « Moi, je vais » vous gronder (scribebat die 12 febr. 1881), cher fiancé, » qui osez encore dire que je ne vous aime pas assez, et » lisez entre mes lignes, des choses qui ne sont certes » pas dans mon coeur. Parlons de l'avenir, parlons de » ce bonheur que nous laissons attendre, mais qui, lui » aussi, nous a bien fait attendre. Parlez-moi de vous » et je vous parlerai de moi, ditez-moi ce que vous » faites au Reichsrath et en dehors du Reichsrath. Vous » venez de m'écrire une bonne lettre que j'aime tout » plein, mais vous ne répondez à rien. Pensez que nous » sommes déjà au 12 février, que le temps presse et » qu'il en faut un peu pour arranger toutes nos affai» res. Je suppose que nous continuons à nous marier » à la Nonciature. Je voudrais éternellement vous en» tendre et toujours vous dire que rien ne m'est plus » doux que de vous écouter, quand vous parlez comme » aujourd'hui. De tous les styles, c'est celui du coeur » que je préfère » (1) (*summ. n.* 1).

4. Obstacula omnia profligata putabant iuvenes cum nuptias expleverunt. Ast eos opinio fefellit, quia parvae comitis divitiae ducissae matri Ludovicae adhuc ante oculos obversabantur. Porro illa dominae Casey, Ludo-

(1) *Hanc epistolam et alia monumenta, quibus adversarii utuntur, non dant in* Summario, *quia nondum actis originalia inserta erant, cum modo ea exhibita sint, cogimur praesentibus Animadversionibus* Summarium *addere.*

vicae iam institutrici, die 10 octobris 1881 scribebat: « Comme je sais que vous aimez beaucoup Louise, je » vous écris pour vous dire que ces dernières lettres » sont très bonnes. Elle me dit qu'elle est très heu» reuse, qu'elle croit que son mari l'aime beaucoup, » que toute la famille est charmante pour elle, qu'on la » gâte même, et qu'elle ne regrette nullement d'avoir » épousé un étrangér; car, difficillement, elle aurait pu » trouver une famille plus charmante etc. Enfin je » suis très contente, et prie Dieu que ma fille le soit » longtemps. ☞ **JE SAIS BIEN QU'IL Y A DANS » TOUT CELA BEAUCOUP DE CHOSES** ☞ **POUR LA » FORTUNE QUE JE VOUDRAIT QU'ELLES FUS» SENT AUTREMENT**, mais si ma fille est contente, » c'est tout ce qu'il faut » (*sum. n.* 2).

5. Sinistra ducissae de Malakoff persuasio haud nata erat animum Ludovicae erga virum inflammare quia ducissa cum dilectissima filia se gerebat, quasi haec adhuc esset nuptiarum expers. Ludovica enim ad virum die 7 maii 1882, i. e. quatuordecim post initum matrimonium mensibus, scribebat: « Maman sait que » *tu m'a donné un diadème en turquoises*, parce qu'elle » s'est amusée à **FOUILLER DANS MES TIROIRS**. Je » crois que la perle, malgré son imposante grosseur, » s'est soustraite à son investigation. Au fond, je suis » très contente de cet accident: 1° parce qu'elle n'osera » pas me **GRONDER**, et 2° parce que j'ai acquis une » preuve de **PLUS** que maman n'a pas perdu sa bonne » habitude d'aimer à se **RENDRE COMPTE** » (*summ. n.* 19). Praeterea ducissa tanta patientia et constantia studebat filiae animum frangere ut ipsamet ducissa dictae dominae Casey significaret – *J'ai reçu, aujord'hui, une lettre de Louise, elle se dit de* **FORT MAUVAISE HUMEUR CONTRE MOI, ET ME PRIE DE NE POINT** ☞ **LUI CASSER LA TÊTE AVEC MES CONSEILS** – (*sum. n.* 3).

6. His non obstantibus coniuges, quin refrigescerent, longum bibebant amorem. Haud heic referam effraenatas flagrantis amoris phrases, quibus comitissa Ludovica epistolas conspergebat, quas ad virum dabat quotiescunque coniuges seiuncti vivere cogebantur. Notasse sat est virum ipsum tot negotiis publicis et domesticis distentum in more habuisse literas ad uxorem fere quotidie dare – Etenim comitissa die 23 maii 1882 ad comitem scribebat: – *Je vous trouve charmant. Vous m'écrivez de Strasbourg, de Stuttgard, et de Munich, et j'ai à peine le temps* ENTRE CHAQUE COURIER, *d'obéir à vos recommandations multiples* (*sum.n.*14) – *Papa m'écrira* (ita illa) TOUS LES JOURS DES LETTRES *très* TENDRES ET TRÈS LONGUES – (*sum.n.*15). Et uxor ingenti moerore afficiebatur, si sol occubuisset, quin ipsa epistolas a viro suo accepisset. – *Votre femme* (scribebat comiti ducissa mater) *est* TRÈS TRISTE, *parce qu'il y a* DÉJÀ DEUX JOURS QUE VOUS LA LAISSEZ SANS VOS NOUVELLES (*sum. n.* 13).

7. Ista non excludunt fortasse momentanea et levia coniugum iurgia, quae ardentis amoris potius, quam animorum aversionis effectus esse solent. At nemo sanus pronas aures praebebit contentionibus, verberationibus, fustigationibus, quibus comes, si adversarios audias, uxorem aggredi in deliciis habebat. Quae omnia e diametro pugnant cum moerore quo comitissa afficiebatur quandocumque comes ratione rei domesticae vel publicae peregre agebat. « Si quelque chose (ita comi-
» tissa ad comitem die 22 februari 1883) peut me con-
» soler de *votre absence*, c'est certainement la pensée
» de me savoir toujour présente tant au fond *de votre*
» *cœur* que derrière *chacune de vos actions* » (*sum.n.*16). Mitto alia hisce similia quae passim leguntur in affectuosis literis per quatuor fere annos a comitissa ad comitem datis.

8. Ad haec, notum est comitissam nervorum infirmitate laborare, quam illa literis diei 10 maii 1882 ita graphice describit: « Voilà longtemps que je ne vous » ai écrit, papa chéri, et voilà longtemps aussi que je » désire de le faire ; mais je me sens épouvantablement » triste. Ce n'est rien, ce sont les nerfs; les nerfs, la seule » vraie maladie féminine. Ah ! si je n'avais pas de nerfs, » comme je serais heureuse; mais c'est à force d'en avoir » que je me persuade parfois que je ne le suis plus ou » pas. Vous autres, vous ne savez pas ce que c'est. C'est » la mélancolie noire psychique, ce grand frisson de » l'âme qui vient sans fièvre et qui n'en est que plus » douloreux » (*summ. num.* 8). Chronicum huiusmodi morbum gravissimum esse comitissa fatetur in literis diei 23 maii 1882: – *Tu vois que je suis TOUJOURS un peu TOQUÉE* – (*sum. n.* 15). Mulier huius generis concredita viro non iam crudeli, sed amore haud flagranti, perditum eat oportet. Audi tamen ipsam: « Maman » me promène dans tous les quartiers de Paris, et j'y ai » semé *plus d'un* cent de cartes. Aussi, tout le monde » commence-t-il à s'emerveiller ☞ DE MON INUSUEL» LE amabilité, ET ☞ C'EST À VOUS, CHÉRI, QU'ON » VA ATTRIBUER CE MIRACLE » (*sum. n.* 9). concedam haec a comitissa dicta esse per iocum. At progressu temporis plus semel repetit – *ma santé va mieux... je suis heureuse, mes nerfs me laissant* PLUS *tranquille* – (*summ. n.* 10). Et die 16 martii 1883 – *Je vais* MIEUX *je vais* BIEN – (*summ. n.* 11).

9. Lectissimi Ludovicae patroni (*pag.* 11) putant comitissam comiti scripsisse epistolas *plenas benevolentiae, blandas et interdum etiam festivas*, quia *difficile illius ingenium ac violentos mores experta..... METUS CAUSA BENEVOLENTIAM CONFIXIT*. Non advertunt oratores praeclarissimi non solom comitissam dedisse comiti epistolas benevolentiae plenas, sed etiam ducissam Lu-

dovicae matrem aegre tulisse comitis absentiam. Scribebat enim: – *Bien cher Jean, je désire* **VIVEMENT VOTRE RETOUR**; d'abord pour *avoir le plaisir de vous voir..... Le bal de Sagan a été magnifique, et à cause de* **VOTRE ABSENCE**, *me voilà rentrée dans le monde; heureusement que Louise n'aime pas trop sortir* (*sum. n.* 13). Non est fatua neque fatuae similis ducissa, quae aegre ferat absentiam viri, cuius praesentia vitam filiae in summum periculum et discrimen continuo adduxisset.

10. Ab ipsis enim vitae communis initiis ita se gessisset comes: « Quoique je fusse très-fatiguée, inquit comitissa, il exigea que j'allasse au theâtre. Je » le suppliais de me laisser reposer à la maison: il » me prit alors par les cheveux, me traina deux fois » autour de la chambre et finit par me jeter sur un » fouteuil. Là il me prit par le cou et me serrait au » point de m'etrangler. Il ne lâcha prise que quand » il me vit devenir très-pâle et tirer la langue. Deux » autres scènes prèsque semblables se passèrent encore » pendant le premier séjour à Vienne. Les prétextes » furent du même genre. En général il s'occupait tres» peu de moi, me laissait souvent seule, et avait pour » moi très peu d'égards » (*sum. contr. n.* 9 *quaest.* 44). Alias, prosequitur comitissa: « Il me donna un soufflet. » Il se précipita sur moi, me frappa à coups redoublés » sur le cou et les epaules.... Quelques jours après... » il me frappa sur la tête, si bien que le peigne qui » retenait mes cheveux tomba dans le ruisseau... Le » trente Août il se jéta sur moi, **M'ACCABLA DE** » **COUPS** et d'injures, me répetant: – Taisez-vous ou » je vous tue – Il m'a enfin prise par le cou et m'au» rait suffoquée sans l'intervention de Mr. Jondrzesswicz, » qui l'emmena de force et le garda jusqu'au soir » (*sum. contr. cit. n.* 9 *quaest.* 48). Alias: « Il vint me

13

» trouver (inquit comitissa) dans la chambre de ma » mère, nous invectiva de la manière la plus grossiè» re, allant même jusqu'à dire qu'il m'avait tirée du » ruisseau et arrachée aux rapports infames qu'il pre» tendait que j'avais avec mes amies. Enfin, à bout » des cris prit une des chaises de la chambre et la » lança violemment sur nous; elle se brisa à nos pieds. » Je demande que l'on m'evite de répeter les paroles » trop grossières et trop humiliantes que le Comte » m'adressait fréquemment » (*summ. contr. cit. num.* 9 *quaest.* 53).

11. Veruntamen homini huius generis comitissa *metus causa* ☞ ABSENTI ☞ per QUATUOR fere ANNOS pandidit haec aliaque similia sensa: « Je vous aime » trop pour être triste, mais assez POUR SOUHAITER » VOTRE RETOUR. Je vous embrasse FORT, FORT» (*sum. n.* 17). « JE NE RÊVE QU'À TON RETOUR. » La vie semble bien triste, lorsqu'on voit qu'elle » S'ÉCOULE EN SÉPATIONS » (*sum. n.* 19). « Mon » bon papa, rien qu'un mot pour te dire que je t'aime » et que cet amour me fait préférer à tout soin celui » DE COMPTER LES JOURS QUI ME SÉPARENT EN» CORE DE TOI » (*sum. num.* 18. *et seqq.*).

12. Alias etiam epistolas comitissa dedit comiti, quas iste exhibere non potest quoniam eas amisit: quod adversi oratores non credunt et scribunt (p.54). – *Cum hic* (comes) blanditiis absens *uxorem allice-ret, illa blande, amanter respondebat; et has literas adversarius protulit. Cum vero uxor graviores offensiones accepisset, illum etiam in scribendo vehementius obiurgabat; et has literas (vide fortunae iocum) adversarius amissas, imo praereptas dolet.* – Optime sane: uxor cum offensiones accepisset, virum etiam in scribendo **VEHEMENTIUS OBIURGABAT**. Ergo Ludovica nullo metu afficiebatur; ergo haud *metus causa benevolentiam*

confinxit, sed amoris impetu compulsa epistolas iucundas conscripsit.

13. At vero si penes comitem existunt obiurgatoriae comitissae literae, existant oportet penes comitissam iniuriae literae comitis, ad quas comitissa respondebat. Has Ludovica profecto asservavit: non enim puto ipsam contentam fuisse literis consignare dies, horas, quadrantes, quos in via ferrea per quatuor annos transigere a viro coacta est; urbes, oppida, rura, quae peragravit; contumelias quibus comes intra domesticos parietes proceribus gallicis maledicebat, quae omnia comitissa, obveniente opportunitate, laicis Galliae iudicibus – *A M. le Président du Tribunal de la Seine* (1) – referret. Honestae puellae satis non fuit mandare memoriae facta minus honesta quibus comes thalamum foedasset. Non succenseant contradictores egregii, quod heic appingam illa verba (*advers. restrict. pag.* 32). « Nihil facilius calumnia in dicendo, sed nihil foedius » cum quod dicitur nulla ratione probari potest. »

14. Ceterum nescio an existere queant epistolae in quibus meticulosa uxor arrogantem virum vehementius obiurgare possit quam in iis, quas comes edidit et optimus contradictor excripsit. Pondera epistolam die 2 ianuarii 1882 datam in qua uxor queritur se non accepisse a viro literas primae anni diei: « Je suis tout » à fait fâchée contre vous, Papusia, et JE NE VOUS » PARDONNERAI JAMAIS DE NE M'AVOIR ÉCRIT, » c'est une preuve d'indifférence TRÈS LAIDE à l'époque du jour de l'an. J'ai reçu une lettre d'Hedwige » et une dépêche de M. Louis. Kocio est à Vienne. » La reine d'Espagne Isabelle II, vous trouve très laid. » Je ne sais aucune autre nouvelle à vous annoncer et, » d'ailleurs, je suis FURIEUSE CONTRE VOUS, et N'AI » NULLE ENVIE DE VOUS ÉCRIRE et très fort celle

(1) *Libell. iudic. civil.*

» de pleurer. ☞ MECHANT, GROS VILAIN PACHA » (*summ. n.* 12). Puella, quae adeo irascitur rebus minimis et recursum habet ad ipsam Hispaniarum reginam, quid actura fuisset, si in rerum natura extitissent saevitiae, verbera aliaque huiusmodi?

15. Summa quae cum quibusdam feminis praesertim cum Margarita Masson familiaritas Ludovicae intercedit, non arridebat Ioanni, iure an iniuria, ego non dicam; ne quid tamen celare videar, recitare debeo epistolam, qua Margarita Masson ita comitissam alloquitur: « Vous avez tort de vous attrister, amie, très tort. » Vous savez si je vous aime et si je vous aimerai toute » ma vie. Soignez-vous, portez vous bien et revenez-» nous le plus tôt possible. Je vous aime. Vous savez » que je pense à vous, que je vous adore pour de vrai » et que je voudrais bien vous voir. Mon cœur est dans » le votre. Aimez-moi, je vous aime tant. Je vous » adore » (*Sum. n.* 4).

16. Eam ob causam absens comes uxorem rogabat, suadebat ne nimis huiusmodi familiaritatibus indulgeret. Quibus consiliis uxor exardescit virumque redarguit, quasi ipsam prohibeat quemquam alloqui: « Tu » m'as defendu de faire tant de choses que je ne puis » t'écrire ce que je fais. Tu es *cruel* et tu as *tort*.... » Tu n'as besoin de personne, moi j'ai besoin de tout » le monde, ☞ POUR ME PERSUADER QU'AUCUN » ☞ NE M'EST INDISPENSABLE.... Je maudis la con-» dition des femmes. Quoi est-ce simplement parce que » je n'ai point de barbe au menton que l'esclavage » m'est si strictement imposé. Fasse le ciel qu'il m'en » pousse une un jour. Je demanderai *ta main quoique » tu sois blonde et je t'épouserai à la manière que j'ai » souvent rêvée*. Que tu seras heureuse et que je t'en-» vierai à nouveau. Jamais grondée, jamais contrariée, » toujours doucement câlinée et tendrement embrassée. » Tu pourras recevoir du monde à cinqu'heures et sor-

» tir à pied seule pour maigrir. Tu auras une cour, » et jen serai le roi » (*summ. n.* 7). Ita scribebat viro uxor die 14 DECEMBRIS ☞ 1884, quando metus causa et animorum aversio, si contradictores audias, ad fastigium pertingebant.

17. Non est autem nova thesis quam uxor perstringit in recitata epistola. Paucis post initum matrimonium mensibus, i. e. die 26 iulii 1881 ingeniosa mulier submiserat eo consilio ut ob oculos viri incideret scriptum quoddam, in quo contra expressum *cap.* 1 *de frigid. et maleficiat.* textum – *vir caput est mulieris* – videtur sustinere virum et uxorem esse auctoritate pares.–« Nous som-
» mes, (ait comitissa) grâce à l'instruction qu'on nous
» donne, vos ÉGALES, et vous étes forcés de vous rap-
» procher de nous d'autant de degrés que nous en
» avons franchis pour monter jusqu'à vous. Ceci est–il
» un bien ou un mal? Je n'en sais rien. C'est à vous
» à juger si, plus sotte, vous eussiez eu autant de plai-
» sir à conquérir ma tendresse, autant de fierté à vous
» l'assurer pour toujours et autant de honte à LA PER-
» DRE. » Supra: « Vous étes apparu un jour, et alors
» je ne me suis plus souvenu de l'enthousiasme farou-
» che que j'avais voué à mon INDÉPENDANCE. Char-
» mée par la voix de mon cœur, je l'écoutais *me par-*
» *ler de vous. Je savais vous aimer, mais je n'avais pas*
» *encore appris à vous* OBÉIR. Et, d'ailleurs, cet *amour*
» et cette *obéissance peuvent–ils se confondre* EN MOI?
» *Soumise et froide à vos côtés,* prête *à vous considerer*
» *comme un maître, votre présence ne tardera pas à*
» ME PESER. *La première illusion ira* S'EFFAÇANT
» D'HEURE EN HEURE. À peine quelques effluves ra-
» menés par le vent du souvenir suffiront–ils à me
» *rappeler un passé trop rapide a s'écouler.* Bientôt de-
» venue ignorante de tout ce qui fit ma joie, je VOUS
» MAUDIRAI comme l'esclave maudit le tyran. – Prae-

» miserat – Je vous plains de m'avoir épousée SANS » ME CONNAITRE ET DE VOUS TROUVER TOUT » À COUP AUX PRISES AVEC MON CARACTÈRE. » *Il est un peu dur, et ce manque de douceur chez* UNE » FEMME DOIT VOUS SEMBLER ODIEUX; vous deviez » être accoutumé à plus de souplesse et LES RÉSI» STENCES QUE JE VOUS OPPOSE SONT DES SEAUX » D'EAU FROIDE QUI GLACE VOTRF COEUR » (*Sum. n.* 6).

18. Contentioni a comitissa positae magnum certe subnectitur negotium. Haud agitur heic de secundariis, sed de praecipuis matrimonii obsequiis. Hoc scatet ex singulari astutia adhibita, ex forma scripti, ex subtilitate argumentorum, quibus causam dicit, ex malis, quae viro minitatur. Timeo ne lateat heic aliquod mysterium a comitis inertia extraneum. Suspicionem auget pavor quo trepidasse videntur ipsa comitissae ducissa mater et amicae. Primis enim matrimonii mensibus una ex amicis Ludovicae inter alia scribebat: – *De grâce, expliquez à la maréchale que votre chambre n' a pas UN CADENAS, ELLE EN A LE TRAC* – (Summ. n. 5). Ipsamet Ludovica in recitato scripto: – *Ie vous plains* (inquit viro) *de m'avoir ÉPOUSÉE SANS ME* |*CONNAITRE* – (sum n. 6).

19. Circa id temporis, volvente nempe mense iunio vel iulio anni 1881 comes Ioannes Zamoyski de eadem re conquestus est et consuluit praeclarum patriae suae parochum, tum dioecesis administratorem, Simonem Koziejowski, qui testatur; « le mariage *a'son* » *début,* et d'après la déclaration qui m'en avait été » faite par le Comte Jean Zamoyski, n'a pas, *A CE* » *QU' il PARAIT*, été consommé par suite, au dire » de l' époux, du *refus et de l'opposition de sa femme* » à remplir ses obligations et devoirs conjugaux, ce » qui fut cause de dissentiments et de discordes con-

» tinueles entre les époux et devait déterminer le
» Comte Jean Zamoyski en desespoir de cause à
» s'adresser à l'autorité de l'Eglise pour obtenir l'an-
» nulation de sa deplorable union avec Mademoiselle
» Louise Pélissier » – (*sum contr. n.* 106 *pag.* 293 *et seq*).

20. Nihilo tamen minus operi coniugali uxor non semper restitit. Ipse enim comes, ab eximio iudice vidobonensi rogatus: – » Quidnam uxori suae dixerit in
» huiusmodi actibus, et utrum uxor erga ipsum con-
» questa fuerit de eo, quod forsan non esset satis contenta
» de exercitio actuum coniugalium » – Ascita sacramenti fide reponit: – « Uxor mea plerumque contenta
» erat, sed persaepe restitit, SE NOLLE PROLES
» CONCIPERE dictitabat. Cum post actus coniugales
» aliquando putaret, se esse INCINCTAM, VALDE
» PLORAVIT ET PLANGEBAT. Iampridem mihi di-
» xerat se mecum actus coniugales nolle exercere » – (sum *contr. n.* 88 *pag.* 240). Inquit etiam comes: – *Persaepe* libros *de scientia et arte medica tractantes* (uxor) *perlegit, ex quibus disceret* (aegre refero) *quomodo conceptionem prohiberet.* – Et enarrat artes a comitissa adhibitas ad vitandam prolem – (*loc. cit.* §. *ad* 10). Iosepha Mayr comitissae cubicularia rogata: –
« Dicat, *an, quando et a quo audierit matrimonium esse*
» *aut non esse consummatum, et si posterius, a quonam*
» *coniuge et qua causa consummatio impedita fuerit* –
» respondit: – Unica vice, et quidem in principio matri-
» monialis convictus primo mense, cum Viennam ad-
» venissem, Comitem cum Comitissa vidi in eodem lecto.
» Ex ORE IPSIUS COMITISSAE (1) PERCEPI SE NOLLE
» CONCIPERE PROLEM» (*sum. cont. n.* 98 *pag.* 269). Ea-

(1) *In documento originali legitur* – *COMITISSAE* – *non vero* – Comitis. –

dem cubicularia rogata – *An a coniugibus durante cohabitatione adhibitum fuerit aliquod remedium vel consilium eo fine, ut auferretur impedimentum consummationis* – respondit: – *Repetitis vicibus pro comitissa crocum et nucem vomicam emi et balneos nimis calidos paravi, sed nescio quem in finem. – (cit. sum. pag.* 269 §. *ad* 6).

21. Praemissis nonobstantibus, postquam coniuges per quatuor fere annos communione thalami usi fuerant, Ludovica Sacratissimum Principem, quo sospite laetamur, adiit, efflagitans – *lo scioglimento del suo matrimonio in via di dispensa* super matrimonio rato et non consummato. – At S. H. C. ad Eñum Archiepiscopum Parisiorum, primum scripsit: – « Antequam de » mandato SSñi processus conficiatur, modis omnibus » Eminentia Vestra memoratos coniuges (Ludovicam et » Ioannem Zamoyski) in Domino reconciliare satagat » EO VEL MAGIS QUOD RATIONES QUIBUS praefa» tae DOMINAE PETITIO INNITITUR NON TANTI » PONDERIS VISAE SUNT UT OMNEM RECONCILIA» TIONIS SPEM ADIMANT »–(act. *proc. origin*). Praeteream vicissitudines tum reconciliationis tum processus subinde demandati, (de his necessaria solummodo dicam quando opportunitas id exiget). Sine mora veniam ad argumenta, quibus comitissa petitionem suam fulcire contendit. Sit itaque

———

CAPUT PRIMUM

Ludociva testimonio peritorum matrimonii inconsummationem probare frustra pertentat.

22. Ingens est tabularum processus moles et Ludovica in promptu habet consiliarios iuris peritia, ingenio et prudentia praestantes, qui levibus vel etiam nullius fere momenti indiciis argumenta conflare sciunt. Hinc potissimum, quod in huius generis causis argumentum depromi solet ex corporis aspectu, iure optimo sperandum foret omnibus numeris absolutum; eo vel magis, quia viri potentia extra omnem dubitationis aleam in themate posita est, ceu videbimus §. 48 *et seqq.*

23. Aliam etiam ob causam factum est ut H. S. C. Parisiensi curiae sub die 11 septembris 1885 significaret: – « Cautelae, ab Fcclesia in confectione proces-
» suum vinculum matrimoniale concernentium superin-
» ductae, urgent potissime in praesenti causa; quo-
» niam in themate non solum sanctitas sacramenti
» exposcit ut omnia remedia adhibeantur quae ad ve-
» ritatem detegendam conducere possunt, sed et reo
» convento, quippe qui natione exterus est, nullus re-
» linquatur oportet timendi locus ne quid huiusmodi
» intentatum remanserit». – (*sum. cont. n.* 49).

24. Imo Eadem S. Congregatio Literis, in quibus Emo Episcopo Parisiensi commiserat processus confectionem, inseri curaverat Instructionem a S. H. O. editam die 22 augusti 1840, – *Praesentibus literis uniatur Instructio pro norma servanda in confectione processus* – *(Origin. Rescript.* 11 *maii* 1885*)*, et Emus Parisiorum Episcopus iudici delegato ita procedendi formam de-

terminavit. – *Nos mandatis Sacrae Congregationis obtemperare volentes designavimus atque delegavimus, sicut per praesentes nostras literas designamus atque delegamus ad explendas Nostras vices in hoc conficiendo processu, iuxta formam Constitutionis Benedicti XIV* – Dei miseratione – *et INSTRUTIONES EIUSDEM SACRAE CONGREGATIONIS ANNO* 1840 *DATAS* (*sum. cont. n.* 8 *lit. K pag.* 27). Nihilo tamen secius (absit ut praeclarum actorum moderatorem offendam) exploratio corporis mulieris facta est posthabitis permultis tum praedictae S. H. O. Instructionis tum communis iuris cautelis.

25. Enimvero praefata Instructione in primis cavetur, (*§. Iudex et seq*) ; – *Iudex praefiget terminum tam UTRIQUE coniugi, quam Defensori Matrimonii ad exhibendas notulas peritorum Medicorum et Chirurgorum CONFIDENTIUM et DIFFIDENTIUM pro utriusque coniugis inspectione, congrua congruis referendo. Exhibitis notulis a partibus Iudex eliget quinque peritos, tres scilicet Medicos et duos Chirurgos ex his, in quibus PARTES CONSENTIANT, sin minus ex officio eos, qui tamen partibus non sint rationabiliter suspecti , deputabit ; atque curabit ut deputatio cadat super celebrioribus Civitatis tum quoad sientiam tum quoad religionem et honestatem, atque his Peritis FACULTATEM DABIT recognosccendi corpus.* –

26. Adesdum : tres Medici, qui perhibentur explorasse Ludovicam, prosiliunt, quasi fulgur caelo sereno. Mitto eos collocatos esse loco non suo. Licet enim exploratio facta dicatur die 8 augusti ☞ 1885, nihilominus complura acta expleta anno ☞ 1886 testimonium explorationis in fasciculo actorum praecedunt. Praetera Medentium attestationen cancellarius actis inserit per verba: *Certificats des trois Docteurs qui ont été chargés de faire l'inspection de Madame la Comtesse Zamoyska.* – Nihil aliud : nec innuit a quo vel a quibus

Medici mandatum habuerint. Ex litteris a Iudice inquisitore die 22 augusti 1886 ad S. H. C. datis accipimus: – « Quoad matrimonii non consummationem spec- » tat, curante hac Curia Archiepiscopali, inspectionem » factam fuisse iuxta instrutiones a Sacra Congrega- » tione Concilii emanatas, a tribus optimis notis chi- » rurgis, exploratae scientiae ac probitatis, a Nobis » delegatis » *(sum. contr. n. 7)*.

27. Non ego detraham iudici asserenti: – *Inspectionem factam fuisse iuxta instructiones a Sacra Congregatione Concilii emanatas;* – at submisse dicam quid ad hoc desideretur. Dubio procul iuxta Instructiones a Sacra Congregatione Concilii emanatas primum *praefigendus erat* comiti Zamoyski *terminus ad exhibendas notulas Peritorum Medicorum et Chirurgorum* ☞ *CONFIDENTIUM.* Et obveniente solum casu quod comes exhibere notulas peritorum neglexisset vel quod partes i. e. comes et comitissa in peritis minime consenserint, iudex *ex officio eos, qui tamen partibus non essent rationabiliter suspecti deputare* debebat.

28. Idque optima innititur ratione. Etenim periti valde adsimilantur compromissariis iudicibus, et proin interesse habentes iudicio peritorum stare debent ob id potissimum quod eos IPSI ELEGERINT. Rota coram Olivatio *decis.* 356 *n.* 12 (ibi). – « Perito in hunc mo- » dum referenti.... credere oportet, ob » *id maxime, quod in illius electionem UTRAQUE pars COMMUNI voto consenserit leg. Si unus* §. *final cod. de recept. arbitr. Rot. coram Lancetta decis.* 216 *num.* 1 *et* 6. – Eadem Rota coram Molines *decis.* 1013 *n.* 4 (ibi) – « Cui quidem relationi et declarationi Periti de UNANIMI » PARTIUM CONSENSU electi standum esse monent post » Bartol. *in leg.* 2 *n.* 10, *ubi Doctores omnes Cod. de* » iure fisci, Paris *cons.* 96 *num.* 32 *lib.* 1. Rota coram » Celso *decis.* 350 *etc.* »

29. Neque fas est iudici peritos eligere quin interesse habentes praemoneat, Sanchez *de matrim. lib.* 7 *disput.* 113 *n.* 14 (ibi): – « *Periti* artis eligi de» bent a iudice PARTIBUS PRAESENTIBUS ☞ ET » LEGITIME CITATIS, licet relatio peritorum possit » partibus absentibus coram iudice fieri. Sicut ad de» depositionem aliorum testium PARS DEBET CITARI, » at non debet esse praesens depositioni, sed soli IU» RAMENTO. Constat ex *cap.* 1 *de consanguin.* (ibi)– » *Quocirca MANDAMUS quatenus UTRAMQUE PAR*» *TEM ante tuam praesentiam convoces et facias testes* » *coram* te *IURARE.* »

30. Quoniam partibus ius competit peritos sibi suspectos recusandi, ceu firmat Sanchez, nonnullis auctoribus id negantibus refutatis, *loc. cit. n.* 7 (ibi).– « Quarta tamen conclusio sit. Matronae ac omnes alii, » qui iuxta artis peritiam de re aliqua deponere debent, » RECUSARI POSSUNT. Quia hi non sunt proprie » testes, sed eorum depositio et declaratio magis est » iudicium, quam testificatio... Sed lata est differentia » quando hi periti eliguntur a iudice et quando eli» guntur ab ipsis partibus. Nam quando eliguntur a » iudice ☞ POSSUNT ABSOLUTE RECUSARI, NULLA » ALIA ALLEGATA CAUSA QUAM SUSPICIONIS. » Sicut iudices saeculares ex hac sola causa recusantur, » *l. apertissimi* 4 *C. de iudic. iunct. Gloss.* (ibi) *verb.* » *recusare* communiter recepta. Et l. *regia* 22 *tit.* 4 » *part.* 3. Quare SATIS EST et requiritur iuramentum » partis recusantis, quo iuret sibi peritos illos esse su» spectos ».

31. Quapropter cautum est ut peritorum relatio sit IRRITA si iudex eos deputaverit, parte minime citata. Ridolphin. *praxis recent. part* 1. *cap.* 8 *n.* 128 (ibi). – *Nulla relatio peritorum signanter existit... quando* (electio et deputatio illorum) *est facta sine PRAESEN-*

TIA VEL CITATIONE partis. – Quam quidem citationis omissionem, insanabile vitium censet Rota *decis.* 320 *n.* 6 *part.* 14 *recent.* (ibi) « *Cuius citationis* » *omissio reddit relationem* ☞ *INSANABILI VITIO* » *NULLITATIS AFFECTAM*, ex deductis in decis. » Merl. 39 num. 8, cum aliis adductis per Adden. ad » Buratt, decis. 70 num. 13. »

32. Ista cautelarum, quas iura sapientissime praescribunt, omissio magis apparet gravis, si considerentur comitis protestationes, quae inspectionem praecesserunt. Inspectio enim facta est die 8 augusti 1885, dum prostat in facto comitem, citatum *pour se defendre (sum.contr.p.*165*)*, mense praecedentis iulii tres obiecisse protestationes, et inter alia iudici scripsisse : – « Ceci » joint a'tout ce que j'ai déjà pu voir et subir, jusqu'ici » (dolet mihi quod in ista prosiliat comes adversus iudi- » cem integerrimum) ressemblerait étrangement, par- » donnez-moi le mot, a'un piège que l'on voudrait tendre » a un *étranger*, dans le but de favoriser la partie ad- » verse, née dans le pays. Je dois donc tenir d'autant » plus a'faire suivre attentivement la régularité de la » procédure, durant la formation du procès, que vous y » mettez plus d'opposition à me le refuser. Je tiens, » M. le président, à ce que la lumière se fasse régu- » lièrement et légalment sur tous les points, tant pour » la défense des mes droits et de mon honneur, que » pour ceux de ma femme bien aimée – (*summ. contr.* » *n.* 45 *pag.* 171).

33. His accedit protestatio quam comes emisit statim ac ei nuntiatum est inspectionem peractam fuisse. – « Vous avez, ita (ille) commis une illégalité beaucoup » plus grave en ordonnant l'expertisse chirurgale de » M^e^ la Comtesse, et vous avancez dans votre lettre qu'elle » a déjà été faite... Tant à cause des illégalités qui » ont été commises qu'à cause de mes droits qui,

» dans cette affaire n'ont été ni reconnús ni respectés, » devant par dessus tout veiller a ce que la continuation » de ce procès se fasse dans les conditions de la plus » stricte légalité, j'oppose le *nihil transeat* à tout acte » de procédure de votre part et je déclare *nul et non » avenu tout ce que vous avez fait jusq'ici » (fasc. pag* 151). Inspecta praesertim huiusmodi protestatione timendum videtur ne saepedicta mulieris exploratio nullitatis vitio laboret.

34. Rem inutilem, dices, egisset iudex, si comiti *praefixisset terminum ad exhibendam notulam peritorum medicorum et chirurgorum CONFIDENTIUM*, prout etiam, si manifestasset eidem nomina peritorum, quos iudex deputare cogitabat. Comes enim personaliter minime comparuisset, procuratorem vero ab eo delegatum respuebat curia. Mitto contumaciam non admitti nisi probetur per citationes legitime executioni mandatas. Sed haud necessaria ad rem erat personalis comitis praesentia. Per epistolam enim ille poterat iudici exhibere notulam peritorum confidentium, aut acceptare vel respuere peritos a iudice selectos. Quatenus vero comes exhibere notulam peritorum confidentium detrectaret, aut designaret peritos, quos altera pars merito recusaret, tum demum iudex potuisset designare peritos partibus rationabiliter non suspectos, eorum nomina comiti reserare, et, spretis, si quas obiecisset, irrationabilibus exceptionibus, explorationem eisdem peritis committere.

35. Fateor rectam procedendi formam in conspectu tot protestationum difficilem evasisse. At mihi de actorum validitate solicito obvium est dilemma. Aut iudex eas protestantiones aliquo in pretio habuit, et hoc posito, debuisset supersedere donec Sacra Concilii Congregatio statuisset utrum eae protestationes spernendae forent. Quod si ad ulteriora, pendente recursu

ad S. Sedem, processit, quia protestationes frivolas et frustratorias putavit, advertere oportebat per hoc minime eximi iudicem a necessitate intimandi, prout de iure, comiti acta perficienda. Propalam est comitem nullum obicem interposuisse. Ex tabulis enim processus constat eum, sive dum Parisiis sive dum Vindobonae morabatur adamussim accepisse citationes a iudice missas, et, nulla interiecta mora, ad eas respondisse (*sum. contr. num.* 43, 44, 45, 46, 47 et 52). Neque iudicem latebat per id tempus comitem degisse Lutetiae Parisiorum. Etenim inspectio facta est die 8 augusti 1885, dum protestationes praecedentis mensis iulii a comite dabantur *Paris* 62 *rue de Courcelles* (*sum. contr. num.* 43, 45 et 47). Imo usque ad expletam inspectionem comitem mansisse Parisiis testatur ipsemet iudex, qui dum nuntiat S. H. C.: « Nous avons » même fait procéder à l'expertise Chirurgale de la » dite Comtesse – addit: – Il (comes) CONTINUE A » HABITER PARIS » (*sum. contr. n.* 50).

36. Ceterum non omnes omnino frivolae et frustratoriae videntur comitis protestationes. Etenim, ne disputem de iure curiae recusandi personam procuratoris a comite designatam, integrum haud erat iudici prohibere ne comes alium sibi procuratorem constitueret. Hoc tamen fecit iudex, qui, etsi in decursu iudicii ius comitis agnoverit, nihilominus ante saepedictam explorationem ius illud denegasse videtur : « Je dois » vous rappeler, que les causes matrimoniales étant des » causes personelles NOUS SOMMES EN DROIT DE » NE PAS ADMETTRE DE PROCUREUR POUR » VOUS représenter AUPRÈS DE CE TRIBUNAL; » il s'agit de vos faits et gestes personnels et de vos » relations avec Mad. Zamoyska. Quant à un Avocat, » NOUS NE DEVONS AUCUNEMENT L'ADMETTRE, » puisque cette officialité est chargée seulement d'in-

» struire la cause et non de porter une sentence que » Rome seule peut porter. » (*sum. contr. n.* 44).

37. Veruntamen non solum haud citatus est comes Zamoyski ad videndum iurare peritos antequam ad explorandam comitissae virginitatem procederent, sed ex actis processus, ni fallor, apparet peritos ad inspectionem devenisse nullo prorsus iuramento praemisso. Periti contenti fuerunt relationem explorationis peractae munire clausa – sous la foi du serment –, (*sum. contr. n.* 33). Iam vero – *primo* – hac clausa haud perfici videtur divini Numinis invocatio, seu iuramentum. Audi S. *Alphons. Theol. moral. lib.* 3 *cap.* 2 *n.* 136 (ibi) – Dicere: IURO ITA ESSE, *non est vere iuramentum, quia tunc* NEC EXPLICITE, NEC IMPLICITE *Divinum testimonium imploratur. Ita* Salm. c. 2. n. 24 cum Suarez, Sanchez, Bonac, etc. *Nisi praecesserit interrogatio de iureiurando, quia tunc per interrogationem praecedentem illud* iuro *satis determinatur ad verum iuramentum* – Praestat etiam audire Rotam *decis.* 26 *num.* 42 *et* 49 *part.* 6 *recent* (ibi) – « Clausula iuramenti ut habeatur pro iurato pa- » rit quidem effectum civilem iuramenti erga hominem, » SED NON INDUCIT SACRAMENTUM ET RELIGIO- » NEM IURAMENTI FORMALIS ERGA DEUM, ADEO » UT TRANSGRESSOR DICATUR PERIURUS ».

38. Dato autem non concesso quod praedicta clausula verum iuramentum secumferat, hoc tamen – *secundo* – minime suffragaretur, quoniam inspectione posterius est, dum eam praecedat oportet, ceu tradunt doctores ad *leg.* 20 *lib.* 4 *tit.* 21 *Cod.* qua Imperator inter cetera cavet: « Omnes autem comparationes non » aliter fieri concedimus, NISI IURAMENTO ANTEA » PRAESTITO ab his qui comparationem faciunt, fue- » rit affirmatum, *Quod neque lucri causa, neque* INIMI- » CITIIS, *neque* GRATIA *tenti, huiusmodi faciant com-* » *parationem*. Et hoc observari tam in omnibus sacris

» nostris scriniis, quam in apparitione omnis sublimis-
» simae Praefecturae, necnon Magisteriae potestatis,
» ceterisque omnibus Iudiciis, quae in orbe nostro con-
» stituta sunt, his omnibus in posterum observandis. »
Hisce inhaerens Suprema S. R. U. Inquisit. Congregatio Instructione ad rem edita die 20 iunii 1883 *part. alter. artic.* 5 §. *Singulorum* expresse monet: **ANTEQUAM** *opus sibi commissum* (periti) **IMPLERE** ☞ **INCIPIANT, IURAMENTUM PRAESTENT** *de munere adimplendo* **CUM OMMI DILIGENTIA** *et de iudicio proferendo* **ABSQE ULLO PARTIUM STUDIO.**

39. Hisque omnibus obsequens optimus iudex Vindobonensis tres peritos, quos de consensu partium ad explorandum comitis Zamoyski corpus selegerat coram se convocavit antequam munus sibi commissum implere inciperent, qui examussim iuramentum praestiterunt per explicitissima verba: « Iuro, me in causa, de qua agi-
» tur, inspectionem corporis Comitis Ioannis Zamoyski
» *adhibitis omnibus artis meae mediis* peracturum esse:
» me sententiam meam de visu reperto necnon depo-
» sitiones *remoto omni humano respectu* fideliter exhi-
» biturum. » *(act. proc. orig.).*

40. Vehementer doleo, quod dum iudicis Vindobonensis gesta laudo, acta Parisiorum haud plausibus excipere possim. Ad officium, enim meum spectat facta prouti iacent referre; nec iura confingere possum. Attamen non refugit animus credere praeclarissimum iudicem Parisiensem ita se gessisse non sine causa. Peritos fortasse coram se, antequam virginitatem comitissae explorarent, minime convocavit, quia timuit ne illi accedere renuerent. Nec temeraria videbitur suspicio, si consideres responsiones, quibus illi periti dimiserunt rogationem *de iuramento*, ipsis propositam occasione oralis examinis. Porro, *iudex* instante Sacramenti vindice, *peritissimos Viros monuit de matrimonii*

sanctitate, deque gravissimo ad causam momento inspectionis ab ipsis peractae, demum iuramentum petiit: – Ad huiusmodi rogationem duo primi peritissimi, nempe Antonius Ioannes Desormeaux et Stephanus Bailly responderunt: – OUI – Nil amplius: solummodo tertius, scilicet Paulus Brouardel respondit: – *Je iure de dire la vérité entière sans partialité* – (*summ. contr. num.* 36 37 et 38 *quaest.* 2).

41. Haud miror quod iudex parcus fuerit in petendis ab huius generis hominibus iuramentis. At hisce nonobstantibus iura prohibent quominus fides adhibeatur peritis iniuratis, Barbos. *in cap.* 4 *de probat. n.* 5 (ib.) « Notatur ad hoc, quod matronae ac reliqui artis » periti iurare debent ut ☞ SUO TESTIMONIO FIDEM » FACIANT, gloss. et Doct. *in cap. fraternitatis infr.* » *de frigidis et malefic.* Bald. *hic n.* 3 et alii plures » quos refert et sequitur Sanchez *dict. lib.* 7 *disput.* 113 » *num.* 113 ubi etiam tenet quod licet huiusmodi in » arte periti, quando de COMMUNI CONSENSU PAR» TIUM assumpti sunt, iurare non teneantur, matronae » de COMMUNI PARTIUM CONSENSU electae ad EX» PLORANDAM UXORIS VIRGINITATEM, AD DIS» SOLVENDUM MATRIMONIUM ☞ IURAMENTUM SU» BIRE DEBENT. »

42. Non video quid emolumenti adversae parti obvenire possit ex quo iudex peritos nuncupet peritissimos et asserat « inspectionem factam fuisse; iuxta in» structiones a Sacra Congregatione Concilii emanatas, » a tribus optimis notis chirurgis, exploratae scientiae » ac probitatis » (*summ. contr. n.* 7). Superlativa enim artis medicae scientia, quae necessaria utique est quando quaeritur an uxor aut vir sit generationi aptus, redundare videtur, quando, ut in themate, quaeritur an uxor *virgo permanserit:* adeo ut sacri canones quamvis sinant inspici ab archiatris feminam, quando disputatur de

potentia coeundi Sanchez *de matrim. lib.* 7 *disput.* 113 *n.* 21, econtra, dum exploranda est virginitas, obstetricum operam requirunt, ceu fuso calamo docet Sanchez *cit. disput.* 113 ac Barbosa in *cap.* 4 *de probat.* atque in *cap.* 6 *de frigidis et malefic.*

43. Quod potissime urget, est ut exploratio fiat **CUM OMNI DILIGENTIA ET IUDICIUM PROFERATUR ABSQUE ULLO PARTIUM STUDIO.** Quae omnia intercessisse in praesenti causa ad iuris amussim minime constat. Ad hoc enim adhibendae erant *obstetrices*, quemadmodum admonet nedum vetus ut censent optimi contradictores, verum etiam VIGENS disciplina. Vivimus enim Instructione a S. H. C. edita die 22 augusti 1840, qua cavetur: « Iudex TRES SAL-
» TEM OBSTETRICES deputabit, quae a duobus sal-
» tem peritis uno Medico, et altero Chirurgo, ex cele-
» brioribus Civitatis tum quoad scientiam, tum quoad
» religionem et honestatem seligendis, sedulo erunt in-
» struendae de recognoscendo visu et tactu in mulie-
» brium inspectione. »

44. Disciplina quae monet ut virginitas mulieris exploretur ab obstetricibus non solum antiquata minime est, sed neque antiquari potest: innititur enim *honestati naturali*, quae aeterna est ut Deus; et urget semper atque quandocumque, his casibus exceptis, in quibus investigatur potentia coeundi, quia tunc, ut observat Sanchez *cit. disput.* 113 *n.* 21: – *rei gravitas et* ☞ NECESSITAS *praeponderat naturali honestati.*–

45. Saepedicta Instructio diei 22 augusti 1840 praescribit etiam: – *Ad corporis inspectionem* A SINGULIS SEORSIM *deveniendum erit.* – Necnon – *Peracta recognitione* ☞ SEORSIM SINGULAE *Obstetrices referent de virginitatis, aut corruptionis indiciis ab inspectione resultantibus, an certa et qualia supersint signa et argumenta intemerati, aut corrupti claustri virginalis, et an*

ulla fraus ad virginitatem simulandam adhiberi potuerit. – Quapropter tum *inspectio* tum *relatio* a singulis ☞ SEORSIM fieri debent; adeo ut quaelibet obstetrix ignoret aliarum testimonium et iudicium. Observatio huius cautelae necessarissima est, quia nemo facile studio partium abripitur dum scit testimonium suum suffocatum iri adverso aliorum testimonio, et dum probe noscit redargui, si mentiatur. At si econtra omnes confabulentur, timendum est ne cavillationibus et respectu humano abstrahantur honestiores. Iam vero in praesenti causa medici CONGLOBATIM negotium expleverunt: – *Je soussigné après avoir procédé* ☞ AVEC *Mr. le Docteur* DEFORMEAUX ET Mr. LE DOCTEUR BROUARDEL *à l'examen de Madame la Princesse Zamoyski certifie etc.* – (*summ. contr. num.* 33). Cfr. etiam *n.* 39 *dicti summ. contr.*

46. Ulterius, dicta S. H. O. Instructio monet; – *Peracta relatione* A SINGULIS SEORSIM, *Defensor Matrimonii exhibebit interrogatoria clausa, sigillata, super quibus* ☞ FIERI DEBET EXAMEN PERITORUM – Huiusmodi praescriptio non est nova. Ait enim Sanchez de *matrim. lib.* 7 *disput.* 113 *n.* 12: « Sexta conclu- » sio NUNQUAM PROBAT testis ex artis peritia depo- » nens, NISI ex actis appareat EUM FUISSE DILIGEN- » TER INTERROGATUM A IUDICE, ET EXAMINA- » TUM. Quod eius testimonium non de certa scientia » sit, sed de verisimili, et ideo DILIGENTER EXA- » MINARI DEBET A IUDICE, UT FIDEM FACIAT. » At iudex Parisiensis interrogare et examinare peritos omisit. Verum quidem est novum archiepiscopum die 11 novembris 1886, cum instructio processus expleta iam foret a die 22 praecedentis augusti, commisisse iudici ut peritos examinaret (*summ. contr. n.* 35). Sed haberi haud in pretio posse videtur ista delegatio facta a novo archiepiscopo, quia S. H. C. instructionem

processus commiserat archiepiscopo antecessori et quia clausa iam fuerat processus instructio. Et hoc etiam paulisper admisso non magnam utilitatem afferre potest examen peractum *quindecim* post menses ab expleta inspectione, cum a memoria peritorum intemerati vel corrupti claustri virginalis iudicia, quae sui natura minutissima sunt facile exciderant.

47. Infinitus essem, si cuncta, quibus istoc peritorum testimonium scatet, non levia vitia pestringere vellem; recensitis contentus ero; praeteream etiam monialem, quae matronae munere functa est, (*summ. contr. num.* 39). Imo ad sidera tollam exquisitas diligentias ad hoc adhibitas, ut aqua balnei foret pura (*cit. sum. contr. num.* 39 *et* 40). At laterem lavas, si a puteo purissimam aquam haurias, eamque proiicias in saccum pertusum. Haud satis enim est praecavere ne puella amissam virginitatem simulet. Oportet praeterea exploratores sive potius obstetrices his conditionibus communire quibus plenam fidem mereantur. Quod cum factum non sit, Ludovica causa cadit. Ad ipsam enim spectat matrimonii inconsummationem idoneis monumentis probare. Ad abundantiam tamen ponam

CAPUT ALTERUM

Argumenta haud levia suadent matrimonium fuisse consummatum.

48. Principio obviam venit peritorum testimonium, qui corpus comitis Ioannis Zamoyski explorarunt. Porro archiater, Ioannes Kundrat renuntiat: « *Ex hoc visu re-* » *perto concludendum est, inspectum* (1) NULLA mon-

(1) *Praecedentia verba, licet desiderentur in summario exadeverso typis impresso, prostant tamen in documento originali.*

» strare *signa impotentiae organicae*, ideoque NULLAM » adesse *rationem* supponendi, inquisitum fuisse in tali » statu, in quali debitum coniugale ex causis organicis » non solvisset, vel solvere non potuisset » (*sum. contr. num.* 92). *lit. F.*). Peritus, Albertus Reder: « In co- » mite Ioanne Zamoyski nunc temporis NULLA inve- » nitur *anormalitas neque organorum genitalium nec ner-* » *vorum* centralium systematis, quae ipsum (impoten- » tem redderet) facultate coeundi privaret » (*sum. contr. cit. num.* 92 *lit. D.*). Postremo, Eduardus Albert: « Co- » mes Ioannes Zamoyski homo PERFECTE *sanus est,* » OMNINO *normaliter formatus, robustus, paululum* ner- » vose irritatus. Genitalia eiusdem structuram demon- » strant OMNINO *normalem*. Quorum innervationem » quod attinet, NON INVENI, QUOD SUPPONAM *im-* » *potentiam coeundi* » (*summ. contr. cit. num.* 92 *lit. E.*).

49. Ista apodictica sunt. Nullus heic de collusionibus, fraudibus, conspirationibus metus. Etenim dum Ludovicae periti inspectionem CONGLOBATIM expleverunt, periti comitis Ioannis Zamoyski corpus exploraverunt ☞ SEORSIM, et emiserunt scriptam relationem ac orale examen subierunt antequam alter cum altero colloqui posset: – *Dicti Professores* UNUS POST ALTERUM, INVICEM ☞ NON COMMUNICANTES, *in* ADIACENS *cubiculum, ubi erat comes Ioannes Zamoyski, se contulerunt et corpus viri inspexerunt.* « Inspectione vero » peracta QUIVIS Professor in ALIUD cubiculum se » conferens ad conscribendum suum visu repertum per- » rexit. *Peracto suo scripto iudiciali,* comparuit QUIS- » QUE coram iudice subdelegato adstante Vinculi de- » fensore et iterum admonitus de sanctitate iuramenti » antea praestiti ad interrogatoria a Vinculi defensore » tradita et nunc demum reserata respondit ut sequi- » tur » (*summ. contr. cit. num.* 92).

50. Adhaec non est quod de istorum Medentium gravitate, honestate, religione, fide anxius sis. Nam

« Ipsis (peritis) iudex subdelegatus causam, de qua » ageretur, et in quem finem ad officium suum prae- » standum deputati essent, itemque qualia praeprimis » inquirere deberent, *clare, distincte* et *perspicaciter* » exposuit ☞ VIM ATQUE GRAVITATEM OFFICII » EORUMDEM (peritorum) IN HOC CASU VIVIDE RE- » PRAESENTAVIT, et ☞ PRAEMISSA *exhortatione* » DE IURISIURANDI SANCTITATE ET DE POENIS » PERIURII ☞ IPSIS IURAMENTUM DETULIT ☞ » QUOD, DECLARANTES SE OMNIA ET SINGULA » IPSIS a iudice subdelegato modo proposita ☞ BENE » INTELLEXISSE, ad formam consuetam adstante Vin- » culi defensore ☞ ET PROCURATORE PARTIS AB- » SENTIS (Ludovicae) ☞ EMISERUNT ET SUBSCRI- » PSERUNT » (*summ. contr. cit. n.* 92). Demum ea est peritorum immunitas a *studio partium* ut – *Dictos Professores et Doctores* ☞ PRIMO PROCURATOR PAR- TIS ABSENTIS ☞ OMNINO ACCEPTOS DECLARAT – (*summ. contr. cit. n.* 92).

51. Incredibile dictu est quantam ad tristitiam contradictores optimos contorqueat peremptorium istud medicorum testimonium et iudicium. Lynceis oculis ri- mantur minutissimam corporis comitis a medicis per- actam descriptionem, et, si iotam vel apicem minus tristem deprehendant, ibi solatii causa consistunt, ac sesquipedalia verba, quae iotam vel apicem circumstant et sensum definiunt, parvipendunt. Re enim vera arripiunt (*advers. restrict.* §. 75) medici Reder verba – *possibile est, quod durante vel tempore matrimonii Co- mitis impotentia relativa relate ad uxorem eiusdem inter- cesserit* – sed obliviscuntur quae immediate sequuntur sensa – *Et si vero* **ILLA IMPOTENTIA RELATIVA ADFUERIT, ☞ TANTUMMODO IN NERVOSA ET MOR- BOSA IRRITABILITATE ☞ UXORIS CAUSA EIUS- DEM ERIT REQUIRENDA** – (*sum. contr. n.* 92 *lit. A*

§. *ad* 3). Nescio autem quem in finem contradictores imprimant uncialibus literis verba eiusdem cognitoris Reder – *impotentia physica nunc temporis exclusa est.* – Nam peritus particulam *nunc temporis* – pernecesse opponit modo dictae hypothesi *impotentiae relativae,* quam ipse decidere non potest, quia Ludovicam non inspexit. Fere supervacaneum duco advertere recitatam hypothesim impotentiae relativae a medico Reder imaginatam, a patronis Ludovicae per errorem attribui etiam ceteris cognitoribus.

52. Oratores clarissimi *(loc. cit.)* prosequuntur: « Praeterea alter ex cognitoribus ait: *Penis quidem* » *brevis est* » Doleo quod non viderint connexum incisum: – ☞ SED ADMODUM FORTIS – (*summ. contr. n.* 92 *lit. F.*) Aegre fero quod non legerint declarationem appositam a medico Reder: – *Penis* IN STATU FLACIDOCI *est parvus* – (*sum. cit. n.* 92 *lit. D.*). « Adde (inquiunt) quod medici cognitores adiiciunt – » *glans tactu frigida* » semper idem error: ascribunt cunctis cognitoribus quod solummodo ab uno professore Reder dictum est, qui nullo in pretio habet huiusmodi quisquilias: eiusque iudicium non minus quam iudicium ceterorum est comiti omnino favorabile: « ☞ NULLA INVENITUR ANORMALITAS NEQUE OR- » GANORUM GENITALIUM NEC NERVORUM CEN- » TRALIUM SYSTEMATIS, quae ipsum (impotentem » redderet) facultate coeundi privaret » (*summ. contr. cit. n.* 92 *lit. D.*).

53. Rursus egregii contradictores (*advers. restrict.* §. 82) excribunt hanc quaestionem cognitoribus propositam: « Même dans le cas d'une conformation régu- » lière dans les organes de la génération, est-il admis » et reconnu par expérience que la consommation peut » manquer dans l'acte conjugal, du côté de l'homme, » du moins par défaut temporaire, par cause morale

» et nerveuse, au bien pour autre cause interieure qui » échappe aux yeux des experts. » Praenoto huiusmodi quaestionem non a iudice nec a Sacramenti vindice concinnatam fuisse, sed a comitissae patrono *(sum. contr. pag.* 253 §. *Cum procurator)*. Qui quidem procurator, etsi Parisiis acta expleta fuerint nullo astante comitis procuratore, Vindobonae tanto studio rem comitissae gessit ut rogare testes quandoque non omiserit: « Croyez-vous le Comte Jean Zamoyski entièrement » *sain* d'esprit? Ne connaissez-vous pas *quelques cas* » *de nérvose invétèrée dans la famille Zamoyski?* » Aliaque non minus a causa aberrantia sciscitatus est ille procurator ita ut spectatissimus testis, praelatus Simon Koziejowski plus semel coactus fuerit reponere: – *Ignorans quem effectum proposita quaestio haberet in decidenda causa coniugum Ioannis et Aloisiae* Zamoyski, *puto EAM PARUM DISCRETAM* – (*sum. contr. pag.* 294 *et seq.*).

54. Hisce simillima est quaestio §. 53 recitata, quam illemet procurator proponi voluit peritis vindobonensibus qui satisfacerunt, prout sequitur: « Ad » quaesitum procuratoris partis absentis (inquit peritus » Ioannes Kundrat) respondeo, POSSIBILITATEM uti» que adesse, sed si coniuges longiori tempore coha» bitantes amicabiliter et in bona voluntate ad opus » coniugii accedunt, talia impedimenta fere semper re» moveri posse » (*sum. contr. pag.* 255). « Quaestio a » procuratore partis absentis proposita (ait peritus Edu» ardus Albert) POTEST solvi: affirmative, et quidem » ex sat numerosis casibus expertis » (*summ. contr. pag.*254). « Utique POSSIBILE est (ita peritus Alber» tus Reder), imo non tam raro accidit. » (*loc. cit.*).

55. Dabo POSSIBILE *esse, non raro accidisse*, existere *numerosos casus*, in quibus matrimonium mansit inconsummatum – *même dans le cas d'une conformation*

régulière dans les organes de la génération – viri et mulieris. Ast in iudiciis humanis id attenditur quod evenit per accidens et praeter consuetum naturae ordinem, seu potius id quod ORDINARIE CONTINGERE SOLET ? Si viri potentiam in dubium revocare licet, nonobstante regulari partium genitalium conformatione, licebit etiam ancipites esse de matrimonii inconsummatione, etsi mulier exhibeat omnia physicae virginitatis signa. Ita in duplici arte Hygiae et Themidis cultor eximius Zacchia *lib. 4 tit. 2 quaest. 1 n.14*: « Prima con-
» clusio haec sit: Virginitatis NULLAE DANTUR CER-
» TAE ET INSEPARABILES NOTAE, accepta virgini-
» tate, prout est quaedam muliebrium vasorum integri-
» tas, ex coniunctione viri non maculata ☞ ACCE-
» PTISSIMA EST HAEC CONCLUSIO RECENTIORIBUS
» OMNIBUS. »

56. Nec fidendum esset hymenis integritati. Redeat Zacchia *loc. cit. num. 28 et seqq.* (ibi) « De integritate
» autem hymenis, etiam corrupta existente muliere,
» patet per ea, quae alias de imperforatis dixi, nam
» potest virgo DEFLORARI IMMO ETIAM CONCIPERE,
» ABSQUE EO QUOD HYMEN DISRUMPATUR, ut
» concludunt nonnulli praedictorum auctorum. Hoc au-
» tem dupliciter evenire potest, uno modo, si mem-
» brana illa adeo dura sit, ut disrumpi a congressore
» non possit, tunc enim si vir intra uteri collum se-
» men effundat, et uterus illud attrahat per orificium,
» quod perpetuo in ea membrana reperiri certum est
» et minime controversum, potest mulier CONCIPERE.
» Secundo modo, si vir membrum habeat admodum
» breve, et membrana illa sit altius, interiusque po-
» sita, vel ipsa mulier uteri collum habeat praelongum,
» tunc enim idem, quod in superiori casu evenire po-
» terit. Addam duos alios modos; unum si virga tenui
» existente hymenis orificium sit ampliusculum, nam abs-

» que hymenis dilaceratione mulier corrumpi potest et
» CONCIPERE, Capivacc. *in tract. de sign. virgin.*
» Quartus modus est notatu prae ceteris DIGNISSIMUS,
» ut qui eventu FREQUENTIOR ESSE SOLEAT, et
» maxime notatur a Pinaeo *cit. lib.* 1 *cap.* 6, quando
» virgines, *uno* aut *altero* die, aut etiam *tertio*, et
» *quarto* praegresso a menstrua purgatione, viro iun-
» guntur, quia tunc non modo virum facile et ABSQUE
» DOLORE admittunt, sed quod mirum duxeris, mem-
» branae illae, quae hymenem constituunt, NON DIS-
» RUMPUNTUR, sed tantummodo ob praegressam men-
» struorum humiditatem relaxantur, ita ut facile con-
» gredientis peni ABSQE EARUM DILACERATIONE
» CEDANT, et tunc etiam mulierem CONCIPERE posse
» nihil obstat. Vides ergo quot modis corrumpi possit
» virginitas, et tamen virgo INCORRUPTISSIMA IN-
» TUENTIBUS APPARERE, SI HIS EXTERIORIBUS
» SIGNIS FIDEM HABEAMUS. Nusquam igitur dari
» dixerim tutam virginitatem. » Ceteros auctores prae-
teream, sed Barzelloti, quem adversarii probatissimum scriptorem nuncupant, in opere *Medicina legale cap.* 4 §. 43 – *quando si dovesse decidere detta virginità* (inquit), *per l'esistenza dell'imene, noi ci troveremo costretti ad asserire per vergini* DONNE *corrottissime*. –

57. Quocirca, si attendere ea debeamus, quae licet praeter consuetam naturae legem, non raro tamen accidere solent, nescio quo pacto lectissimi contradictores probare possint comitissae virginitatem. Quod si ea solummodo in pretio habeamus, quae ordinarie contingere assolent, desinant comitissae patroni in dubium revocare comitis potentiam quem archiatri vindobonenses ope *explorationis ad iuris amussim peractae* validissimum renuntiant. Desinant istiusmodi explorationes *inutiles ac vacuas* conclamare, quasi sacri canones, dum corporalem viri inspectionem mandant, rem inutilem

praescribant. Ad quid sustinent medicorum suffragium eatenus tantum attendi quatenus externa *vitia ex corporis figura appareant?* Quando exitum isto splendidiorem sperare impermissum est ecquis virorum adeo hebes erit ut corpus suum iudicio peritorum supponat?

58. Veruntamen uxor (regerunt), *quae tantummodo in arena thalami est perita et peritior*, rogata: « Croyez vous que votre mari soit absolument incapable » d'avoir avec une femme, des rélations régulières – re» spondit: – **JE NE PUIS RÉPONDRE A CETTE QUE» STION**; seulement mon mari me faisait remarquer » que j'étais trop maladroite, et **ME PRÊTAIS TROP » PEU VOLONTIERS AUX DÉSIRS QU'IL M'EXPRI» MAIT**. Je suis sure au moins qu'avec moi, la chose » était impossible, puisque, malgré toute ma bonne vo» lonté il n'a jamais pu réussir » (*summ. contr. pag.* 39). In primis, mirum est quod comitissima, quae lubentis sime quaestionem de comitis validitate aggrederetur s i in sui favorem decidi posset, adeo repugnanter ad eam deveniat et quasi insolutam relinquat – **JE NE PUIS RÉPONDRE A CETTE QUESTION** –. Deinde, tria ponit comitissa – *primo* – comitem questum esse quod ipsa operi coniugali aegre consentiret: econtra – *secundo* – se viro lubenti animo adhaesisse: – nihilominus – *tertio* – opus mansisse imperfectum. Praestat singulis paullisper immorari.

59. Quod attinet ad *primum* et *secundum*, certum est non solum comitem conquestum esse, sed videtur etiam comitissam coniugalibus Officiis haud fecisse satis. Incontroversum enim est praestantissimo viro Simoni Koziejowski relatum a comite fuisse *tertio* vel *quarto* ab expletis nuptiis *mense* quod matrimonium – « n'a pas, ☞ **A CE QU'IL PARAIT**, été consommé » par suite, au dire de l'époux ☞ **DU REFUS ET DE » L'OPPOSITION DE SA FEMME A REMPLIR SES**

» OBLIGATIONS ET DEVOIRS CONIUGAUX – (*summ. contr. pag.* 293). Nemo autem facile credit comitem ista retulisse praesuli Koziejowshi iocandi ergo. Ceterum praefata Ludovicae repugnantia aut res huic similis nota fuisse videtur ducissae matri ac puellis comitissae longa devinctis amicitia: una enim ex eis sub primis nuptiarum mensibus Ludovicae scribebat: – *De grâce expliquez à la maréchale que votre chambre n'a pas* UN CADENAS, ELLE EN A LE TRAC – (*sum. n.* 5). Solummodo comes, antequam eam duceret, id ignorabat. Hunc, ni fallor, sensum habere potest perlonga illa dissertatio, in qua ipsamet Ludovica virum miserans « *Je vous plains* (inquit) *de m'a voir épousée* SANS ME CONNAITRE *et de vous trouver tout à coup aux prises avec mon caractère* – (*sum. n.* 6). Nec levia sunt quae refert Iosepha Mayr cubicularia, dum iurata testatur. – EX ORE IPSIUS ☞ COMITISSAE (1) PERCEPI, SE NOLLE CONCIPERE PROLEM – (*sum. contr. pag.* 269). Praeterea comes, pariter iuratus, affirmat comitissam a scientia medica quaesivisse modos vitandi prolem ac enarrat artes, quas ad id adhibebat – (*sum. contr. pag.* 240).

60. Quo vero ad id quod comitissa *tertio loco* asserit: – Il (comes) *n'a jamais pu reussir* – (*sum. contr. pag.* 39), operae pretium est primum audire quid ipsamet eodem tempore ad connexam quaestionem respondeat. Iudex enim, statim ac comitissa asseruit – *malgré toute ma bonne volonté, il n'a jamais pu réussir* – optima de causa comitissam rocavit – *N'a-t-il pas à votre connaissance avant ou après votre mariage, recouru à des remèdes pour se rendre capable d'avoir ces relations?* – comitissa ad haec: – JE NE PUIS RÉPONDRE – (*sum. contr. pag.* 39). Mirabile dictu! supra, dum quaerebatur de viri potentia, uxor in arena thalami

(1) *Cf. not. pag.* 12.

perita et peritior ait : – JE NE PUIS RÉPONDRE A CETTE QUESTION – (*sum. contr. loc. cit.*) cum modo quaeratur de consultis in arte medica proeeribus ac de remediis ad vincendam inertiam virium a comite adhibitis, comitissa, quae literis mandavit vitae coniugalis facta cum minutissimis circumstantiis, fatetur: – JE NE PUIS RÉPONDRE – Nihilominus ad rem haec habet Martinus Mayr : « CERTE SCIO Comitem Ioannem Za-» moyski NULLUM consuluisse MeDICUM NEC ULLA » MEDICAMENTA adhibuisse. » (*summ. cont. pag.* 267 §. *ad* 6).

61. Nec satis : Viri istius, qui in opere coniugali misere deficit – *malgré toute la bonne volonté de sa femme* – qui inaudita et nunquam satis vituperanda incuria abstinet a remediis, uxor absentiam sustinere non potest, eiusque amor crescit in dies. Ad comitem enim comitissa scribit, die 7 martii 1882: « Je vous aime trop pour » être triste, mais assez pour SOUHAITER AVEC AR-» DEUR VOTRE RETOUR. Je vous embrasse fort, fort, » fort. »(*sum.n.*17). Die 5 maii 1882.« J'ai toujours peur » que tu ne m'aimes pas autant que je t'aime , et cette » pensée me tourmente horriblement. JE NE RÈVE » QU'A TON RETOUR. La vie semble bien triste, » lorsqu'on voit qu'elle s'écoule en SÉPARATIONS»(*cit. sum. n.* 19). Die 22 Februarii 1883 « Si quelque chose » peut ME CONSOLER DE VOTRE ABSENCE, c'est » certainement la pensée de me savoir présente tant » au fond de votre coeur que derrière chacune de vos » actions. . . Papa chéri je vous adore – (*cit. sum. n.*16). Die 12 Martii 1 883 : « Mon bon papa, rien qu'un mot » pour te dire que je t'aime et que cet amour me fait » préférer à tout toin celui de COMPTER LES JOURS » QUI ME SEPARENT DE TOI » (*cit. sum. n.* 8). Die 14 novembris 1883: « JE NE VIS PLUS QUE » DANS L'ESPOIR DE TE REVOIR ; REVIENS VITE»

(*cit, sum. n.* 20). Ne nimius sim mitto alias non minus teneras epistolas, quas comitissà absenti viro tradere solebat.

62. Quandoque comitissa dubitasse etiam videtur quin prolem conceperit. At sciscitata a iudice, primum respondet: « JE N'AI JAMAIS EU LA PENSÉE » QUE JE PUSSE DEVENIR MÈRE. » Subinde, quasi se corrigens, subdit: « Le lendemain de la pre- » mière tentative, ma femme de chambre, qui est » mariée, et m'avait élevée depuis l'âge d'huit ans, » à qui j'avais confié ce qui c'était passé et à qui je » demandais si je pouvais ainsi devenir mère, NE ME » RÉPONDIT PAS, mais se mit à sourire en me fai- » sant comprendre qu'il ne pouvait en être ainsi » (*sum. contr. pag.* 38). Deinde inter testes inducit cubibiculariam Mariam Beline, quae non negat factum, sed adiicit: « Toute naive et innocente (comitissa) qu'elle » fût, elle comprit, SUR ☞ MES EXPLICATIONS, que » dans le fait elle ne pouvait pas être enceinte » (*cit. sum. contr. pag.* 59). Haud certa videtur in medium allata comitissae ignorantia sive simplicitas. Inter acta enim prostat libellus – *Lettres Persanes, par Montesquieu*– Qui quidem liber in fronte habet inscriptionem – *L. de Malakoff* 12 Xbre 1876 – Iam vero, si Ludovica ab anno 1876 prae manibus habebat praefatas *Literas*, facile sciebat quid diceret quando de graviditate locuta est.

63. Sed neminem latet virum in huiusmodi negotiis audiendum omnino esse. Ad rem *cap.* 1 *de frigid. et maleficiat.* (ibi) – *Illa* (uxor) *si prior post annum, aut dimidium, ad episcopum, aut eius missum proclamaverit, dicens quod non cognovisses eam, tu autem* (vir) *contrarium affirmas,* ☞ TIBI CREDENDUM EST, *eo quod* CAPUT *es mulieris;* ☞ QUIA SI PROCLAMARE VOLUIT, ☞ CUR TAMDIU TACUIT? ☞ CITO ENIM

ET IN PARVO TEMPORE SCIRE POTUIT, SI SECUM COIRE POTUISSES. – Iam vero comes sub iuramenti fide diserte fatetur: « Matrimonium meum REVERA » CONSUMMAVI, et quidem his quatuor annis in prin- » cipio quater ad minimum in quavis hebdomada, » duobus sequentibus annis quater vel quinquies in » quovis mense, ultimo vero anno quater vel quinquies » tantum in toto anno.... Uxor mea plerumque con- » tenta erat, sed persaepe RESTITIT... saepius, quan- » do accessi ad actum coniugalem, dixit: *Nolo esse coa-* » *cta ad hunc actum* – (*sum. contr. pag.* 240 *et seq.*).

64. Sed, comes, inquiunt praeclari contradictores (*p.*23 *et seq.*) – *in tot se laqueos induit, quibus se nunquam expediet.* – Ad hoc utuntur verbis Philippi Pélissier, qui refert : – « J'ai su cependant que, à quelque temps de » distance, il (comes) disait à Son Excellenee le Nonce » Apostolique à Paris, que si le mariage n'avai pas été » consommé, ça tenait à un défaut de conformation de sa » femme; qu'elle était barrée » (*sum. contr. pag.* 114). Utuntur verbis sacerdotis regularis Ladislai Withowski, qui renutiat: « Il (comes) m'a dit que de son coté il » avait accompli complètement l'acte conjugal. C'est-à- » dire avait essayé de pénétre; l'a fait dans une cer- » taine mesure, mais a trouvé des difficultés, un ob- » stacle matériel qui l'a empêché d'accomplir entière- » ment » (*cit. sum. contr. pag.* 145 *med.*).

65. Istorum testium auctoritatem recusare possum, quoniam examinati sunt, quin eorum nomina comiti eiusve procuratori nuntiarentur ad hoc ut comes exceptiones et articulos prout de iure proponere valeret: quod examussim servatum est a curia Vindobonensi quoad testes inductos a comite: quodque a Sacra Congregatione iniunctum erat – (*sum. contr. pag.* 179. Eoque minus eas narrationes accepto, quia comes coram iudice testatus est: – *Ante hunc processum cum*

***NULLO ALIO** homine* nisi *cum Praelato Koziejowsk de* ***CONSUMMATIONE MATRIMONII MEI COLLOCUTUS SUM**, cum de continuis uxoris meae* ***RESISTENTIIS** minime contentus fui* – (*cit. sum. contr. pag.* 240 *fin.*). Et revera comitem nunquam locutum fuisse de matrimonii inconsummatione ante processum passim renuntiant testes auditi a iudice vindobonensi (*summ. contr. pag.* 264 *et pag.* 280 §. *AD* 5 *et alibi*). Postremo, ego non affirmo maritum posse ad tempus putare – *un obstacle matériel* – difficultates, quas plus minusve voluntarie uxor opponit, sed ad viros in hisce rebus peritos negotium remitto.

66. Antedictus autem praelatus Koziejowski ita enarrat collocutionem qua tantopere deliciantur adversarii: « Dans le courant de l'année 1881, aux mois de » JUIN et de juillet, le susdit comte Jean Zamoyski » vint me trouver en ma qualité d'administrateur du » diocèse de Lublin, que j'étais alors, pour me demander conseil au sujet des circonstances suivantes. Au » mois de mars de la même année le comte avait conclu son mariage à Paris avec Mademoiselle Louise » Pélissier. Ce mariage À SON DÉBUT, et d'après la » déclaration qui m'en avait été faite par le Comte Jean » Zamoyski, n'a pas, ☞ À CE QU'IL PARAIT, été » consommé ☜ PAR SUITE, au dire de l'époux » **DU REFUS ET DE L'OPPOSITION DE SA FEMME À REMPLIR SES OBLIGATIONS ET DEVOIRS** » **CONJUGAUX**, ce qui fut cause de dissentiments et » de discordes continueles entre les époux et devait » déterminer le Comte Jean Zamoyski en desespoir de » cause à s'adresser à l'autorité de l'Eglise pour obtenir l'annulation de sa deplorable union avec Mademoiselle Louise Pélissier » (*act. process.*).

67. Non video qua ratione ex huiusmodi facto deduci possit matrimonium in themate adhuc manere in-

consummatum. Etenim – *primo* – comes dixit: *le mariage* **À SON DÉBUT**.... *n'a pas,* ☞ **À CE QU'IL PARAIT,** *été consommé* – Idque asseruit tertio vequarto ab initis nuptiis mense – *Dans le courant de l'ANNÉE* 1881 *aux mois de juin et de jeuillet*.– Coniuges vero cohabitarunt per quatuor fere annos. – *Secundo* – Matrimonium, si adversarios audias inconsummatum mansit ob viri impotentiam. Commentitium enim illud muliebris corporis vitium periti cognitores negant; indigna cordato viro est fabella de furiis quae comitissam exagitant in primo quolibet viri complexu ; et comitissa fatetur – **MALGRÉ TOUTE MA BONNE VOLONTÉ,** *il n'a jamais pu* **RÉUSSIR** – (*summ. contr. pag*. 39. At veri ne simile, auditum ue unquam est uxorem huiusmodi non iam accusare, sed accusari apud praelatum, vix expletis nuptiis, a viro invalido et ea laborante inertia virium ut supefluum ducat consulere medicos ac pharmaca sumere?

68. Neque meliori omnine exadverso obiiciuntur literae a comite ad comitissam datae, quando haec ei consilium nuntiavit dissolvendi matrimonium ope apostolicae dispensationis. Antequam ad obiectionem directe respondeam, memorare praestat ea, quae prelatus a comite consultus, ceu dictum est §. 66, asserit : « En ma » qualité de prêtre (ita ille), je n'ai pu faire que ce » que mon *devoir m'imposait* de *prime abord,* c'est » d'exhorter le comte Jean Zamoyski, au **NOM DE LA** » **RELIGION ET DE LA MORALE** ☞ **À S'ARMER** » **DE PATIENCE ET ATTENDRE** encore avant de » mettre son projet de demande d'annulation à exé» cution, **LUI FAISANT ENTREVOIR L'ESPOIR** » **QUE PEUT-ÊTRE SA FEMME REVIENDRAIT À** » **D'AUTRES SENTIMENTS,** et m'étant adressé à **SES** » **PRINCIPES RELIGIEUX ET À LA LOYAUTÉ DE** » **SON CARACTÈRE, QUI M'ÉTAIENT DU RESTE**

» BIEN CONNUS, J'ÉTAIS ARRIVÉ AISÉMENT À
» LE CONVAINCRE » (*Act. proc.*).

69. Et revera comes prudentissimo sanctissimoque huiusmodi consilio obsecutus, totus in eo erat ut placeret uxori. Nec ingratam se ostendebat comitissa, quippe quae (heic loquar solummodo de opere coniugali) *plerumque contenta erat* – (*summ. contr. pag.* 240 §. *Ad* 8).
« Je crois (inquit comes) qu'elle (uxor) fit, de son côté
» des efforts pour surmonter la peur affreuse, qu'elle
» avait de nos rapprochements. Il lui arriva de deman-
» der elle même à passer la nuit avec moi. Il lui arriva
» encore que cette douleur locale dont elle se plaignait
» et qui l'épouvantait, ☞ NE REPARAISSAIT POINT,
» QUE RIEN NE TROUBLAIT NOS CARESSES ET
» QU'ELLE PARTAGEAIT ☞ COMPLÈTEMENT
» NOS PLAISIRS. PENDANT UN JOUR, NOUS POU-
» VIONS CROIRF NOS EPREUVES FINIES » (*summ.*
» *contr. pag.* 211 *lit. B*).

70. Comes, qui istam comitissae obedientiam ac affectum habebat quasi gratiam a Deo largitam ob docilitatem, qua ipse consilio sanctissimi viri obtemperaverat, per quatuor annos assuevit compati ac diligere plus quam dici possit uxorem. Nihil proinde mirum est, quod, cognita uxoris resolutioue, dum nil minus cogitabat, prostratus sit ac se iam vivere sine comitissa haud posse secum reputans, modis omnibus eam placare ac sibi propitiare contenderet. Offensiunculas, quae ob fervidum praesertim utriusque coniugis ingenium intescesserant, omnes sibi ascribit, easque crudelitates, barbarias, feritates appellat: Margaritam Masson non sibi sed uxori benevisam salutat: et quoniam deerat *proles*, ac uxor non semper invita genio coniugali indulgebat, ad eam inter alia scribit etiam: – *Je te rendrai mère CETTE FOIS-CI ☞ PORVU QUE TU LE VEUILLE* – (*summ. contr. num.* 5).

Iste modus alloquendi uxorem haud congruit viro qui in arena thalami per quatuor annos succubuit. In similibus casibus viri adpromittere solent solicitas curationes atque medentium consultationes, ceu vidimus in *Veronen. Matrimonii diei* 24 *iulii* 1886 *et in Mechlinien. Matrim.* 17 *decemb.* 1887. Comes, qui nunquam medicos adhibuit, pro certo habere debuisset se ad iram provocaturum comitissam per verba – *Je te rendrai mère CETTE FOIS-CI, PORVU QUE TU LE VEUILLE.*

71. Succedit testimonium *septimae manus:* exultant gaudio contradictores peregregii in eo quod comitissam comes ipse laudibus efferat, *(advers. restrict. pag.* 5). Ast comiti forsan haud sunt a comitissa laudes? Nonne comitissa haud in passionis aestu, sed mente serena digito suo comiti scripsit: – *Je* **VOUS ADORE, OUI, J'ADORÉ EN VOUS TOUTES CES BELLES QUALITÉS QUE MON IMAGINATION Y A DEPOSÉES, J'ADORE VOTRE ☞ HONNÈTETÉ ☞ VOTRE HONNEUR ☞ VOTRE FOI ☞ ET LA FRANCHISE DE VOS ACTES** – (*summ. num.* 6). Falluntur autem Ludovicae patroni dum prosequuntur (*loc. cit. pag.* 6): « Adiecisse sufficiat, in tota inquisitione, in testium multitudine, ne » unum quidem illam (Ludovicam) verbo laesisse, si » scurrilissimam aucillam excipias Iosepham Mayr, quae » se mendaciis implicuit, eamque, cum aliud non pos» set, – *mulierem singularem* – appellavit. » Etenim, ut omittam momentosissima, a praefata comitissae cubicularia revelata (*sum. cantr. pag.* 269) praesto est coniuiugum cubilarius MartinusMayr, qni refert : « Inter alia » in castro Pilica, ubi discordia adeo crevit, ut uxor » Aloysia nata Pélissier *annulum nuptialem per fene» stram foras dimitteret,* et alia vice in loco Pyein oc» casione alicuius serenatae, qua ipsa *Nobilibus gentis » Polonicae praesentanda* **INDIGNE SE GESSIT**, indeque

» comitem ad iram et reprehensionem provocavit. Me » fateor putare SOLUM COMITEM IOANNEM PRO » SUA BONITATE IPSAM FERRE POTUIFSE » (*cit. sum. contr. pag.* 267 § *ad* 4).

72. Sed vero potius quam de laudibus et accusationibus, heic res est de FIDE, quam QUISQUE coniux iudicio testium meretur non solum in generali, at praesertim in SUBIECTA MATERIA. Audi ergo sapientissimam, accuratissimam quaestionem a vinculi defensore vindobonensi testibus prnpositam: – *An sit certus* (testis) *de PROBITATE et RELIGIONE D. Ioannis comitis Zamoyscki et utrum putet eum vera dixisse QUAE IPSI* (testi) *in depositione Ioannis comitis Zamoxski* ☞ *PERLECTA fuerunt* – (*sum. contr. pag.* 275 *princ. etc.* Ad quae principissa Cecilia Lubomirska respondit: « Per» suasum mihi est, illum esse religiosum et probum; » etenim sub *oculis meis* ad S. Poenitentiae et Eucha» ristiae Sacramenta FREQUENTER accedebat, quinimo » *libros* RELIGIOSOS *a me petebat et modo illos trans» missi ei*. Persuasum habeo depositiones ipsius HIC » PERLECTAS fraude doloque *immunes* esse, in qua » persuasione mea confirmor adhuc ea circumstantia, » quod *quotiescumque* de his rebus hoc est, de suis » matrimonialibus negotiis loquebatur, SEMPER SIMI» LIA VERBA FACIEBAT » (*cit. sum. contr. pag.* 275 §. *ad* 8). Pulcherrimo argumento opinionem suam communit sacerdos Adalbertus Zac. Ait euim: « Praesen» tatus mihi est Ioannes Zamoyski, tanquam homo » RELIGIOSUS ET HONESTUS, quod testimonium com» probatur, quod mihi *pecuniarium subsidium dedit* » ROGAVITQUE ME UT S. MISSAE SACRIFICIA » ☞ AD VARIAS PIAS EIUS INTENTIONES OF» FERREM: denique respectu depositionum eius iura» mento firmatarum veracitatem ipsius ego Sacerdos » in DUBIUM REVOCARE NON POSSUM » (*cit. sum.*

contr. pag. 283 §. *Ad* 8.) Si plura cupias cf. *cit. sum. contr. pag.* 263 §. *et* 265 §. *Praelecta, pag.* 267 §. *Persuasus, pag.* 269 §. *Persuasa, pag.* 278 §. *Ad* 8, *pag.* 287 §. *Ad* 8 *et pag.* 293 §. *Lectis.*

73. Post haec parvipendo adversas testium parisiensium depositiones. Nam – *primo* – ipsi comitissam vera di xisse affirmant quin cognoscant quid comitissa dixerit. Quamvis enim saepedicta Instructio S. H. O. edita die 22 augusti 1840 quoad testes *septimae manus* praecipiat: – *Singuli,* ☞ *AUDITA PRIUS LECTURA EXAMINIS, SEU CONFESSIONIS CONIUGIS EOS INDUCENTIS, erunt interrogandi, utrum perspectam habeant religionem et honestatem illius CONIU IS. ut propterea sibi verosimile sit, ac credant eum vera dixisse,* – nihilo tamen minus index parisiensis testibus confessionem comitissae minime reseravit, sed contentus fuit rogare : – « Pouvons- » nous avoir pleine et entière confiance en l'honorabi- » lité et la véracité de Madame la Contesse Zamoyska » et de Madame la Maréchale Pélissier de Malakoff sa » mère – (*summ. contr. pag.* 92 *et alib*). Testes paririsienses – *secundo* – ii sunt, ut nonnulli et quidem qui maioris ponderis esse possent sive ratione *rerum* quas referunt sive ratione *scientiae*, haud sint omni exceptione maiores, vel quia comitissae et ducissae tempore depositionis famulabantur, ceu Maria Beline, Clotildis Vibout, et Felix Robin ; vel quia a domo ducissae expulsi hortatu comitis ut de semetipso fatetur testis Petrus Paviot , vel quia praesentis causae magna pars dicantur, ut familia Masson. E contra – *tertio* – testes vindobonenses, cuncti sunt omni exceptione maiores, quippe qui, antequam examinarentur, denuntiati sunt comitissae procuratori, qui singulos accepto habuit, eosque iurare vidit. Imo – *quarto* – testes sunt non tam inducti a comite , quam a iudice selecti. Comes enim postquam iudici indigitaverat nomina TRIGINTA testium , significavit ei-

dem: – *Je ne pourrai pas suivre continuellement la marche de ce triste procés.* ☞ *JE M'ENFIE COMPLÈTEMENT A VOUS pour ce soin. Venillez* ☞ *CHOISIR parmi mes témoins CEUX QUE VOUS PRÉFÉRERZ* – (*sum. contr. pag.* 260 *n.* 93). – *Quinto* – demum ii testes examinati sunt nedum super interrogatoriis a Sacramenti vindice concinnatis, verum etiam super quaestiones a comitissae procuratore propositas, qui usus est genere interrogationis sollertissimo.

74. Haec animadvertenda erant quia compertissimum est nil magis ad veritatem assequendam et ius cuique suum tribuendum conducere, quam aequalitas inter contendentes in iudiciis servata. Ea profecto de causa monet regula 32 *de regul. iur. in* VI – *Non licet actori quod reo licitum non est.*– Hinc Rota nihil antiquius habuit quam ut in iudiciis servetur aequalitas: hinc vulgatissimum fori assioma – *Actor et reus ad imparia iudicari non debent.* Quae cum ita sint, solummodo ne tacitus praeteream quae circa dispensationis causas exdverso afferuntur addam

CAPUT TERTIUM

Desiderantur necessariae ad dispensandum causae.

75. Ex hisce brevi me expediam. Quaestio enim praeiudicata est. Porro causas omnes ad rem facientes comitissa sat vivis coloribus expressit in supplici libello Sacratissimo Principi ad obtiaendam dispensationem porrecto. Iam vero, libello praedicto mature perpenso, S. H. C. conceptis verbis Emo. Parisiorum Archiepiscopo significavit: – *Rationes, quibus praefatae Dominae* (Ludovicae) *petitio innititur, NON TANTI PONDERIS VISAE SUNT, ut omnem reconciliationis spem adimant.* – *(sum. contr. pag.* 19 *fin.)*

76. Re sane vera, causa potissima in themate foret dubia comitis impotentia. – *Innanzi tutto* (inquit comitissa) *l' oratrice ha fondamento di credere che il Conte sia affetto d' impotenza* – (*act. origin.*). Et eximii comitissae patroni a *a pag.* 35 *ad pag.* 46 toti in eo sunt ut suadeant comitem inertia virium laborare. At argumenta in capite secundo praesentium animadversionum relata machinam belli profligant. Quam bene comes Carolus Lanckoronski, rogatus – *An, quando et a quo audierit matrimonium esse aut non esse consummatum, et si posterius, a quonam coniuge et qua causa consummatio impedita fuerit?* – respondet: – *Audivi coniuges istos ab invicem separatos esse,* ☞ *AST NON EX CAUSA NON CONSUMMATIONIS,* ☞ *IDEOQUE MIRABAR, CUM* ☞ *SERIORI TEMPORE TALEM causam percepissem.* – (*sum. contr. pag.* 286 §. *ad* 5). Ad eandem quaestionem Martinus Mayr, coniugum *cubicularius* reponit: – *Nunquam talia vidi,* ☞ *NEC UNQUAM SUSPICATUS SUM MATRIMONIUM NON ESSE CONSUMMATUM,* – (*cit sum. contr. pag.* 267 §. *Ad* 5).

77. Quod attinet ad alteram dispensandi causam, scilicet, *odium*, *offensiones*, *inimicitias inter coniuges eorumque propinquos*, eas probatas minime habeo, quia de iis fidem faciunt solummodo testes parisienses, qui ad iuris tramites excussi haud sunt, quemmadmodum monstratum est § 73 *et* 74: et quia tum comitissa cum ducissa mater per quatuor annos ita se gesserunt ut non odia, nec offensiones nec inimicitias, sed vehementem ac perennem amorem inter coniuges eorumque propinquos ad ultimum usque evidentiae gradum commonstrent.

78. Huiusce argumenti vim persentiunt contradictores egregii et subdunti: – « Illa (Ludovica) sibi pertimescere coepit, ac fugam meditari: sed quoniam » nihil a marito non metuendum erat si rescivisset, si-

» mulavit, atque ita metus causa benevolentiam confin-
» xit, quam ante ex animo profitebatur, quousque Comes
» rei familiaris causa iter suscepit ». At non immerito timendum etiam est ne post quatuor vitae coniugalis annos, comitissa male suasa, confixerit odia, offensiones, inimicitias, coniugis inertiam aliaque huiusmodi.

79. Profecto comes, non solum *quarto,* sed etiam *tertio, secundo, primo* a nuptiis anno, repetitis temporis intervallis absens fuit. Eccur comitissa fugam non arripuit, opportunitatem nacta primae vel alterius absentiae comitis? Rursum, dicunt qui contra sunt – *Uxor quotidie violentius caedebatur, et Comes spe coniunctionis deiectus, asperior quotidie, ne tentare quidem amplius audebat.* – At vero discordiae, quas inter iuvenes ingenio fervidissimos quandoque exarsisse mirum non est, cursu temporis remissiores erant: ad rem comitissa Angela Zamoyska: – « Cum Comitissam Aloysiam, natam
» Pélissier de Malahoff prima vice vidissem anno 1881,
» ipsam cum Ioanne Zamoyshi non in bona pace esse
» intellexi. Puto *utrorumque indoles* discordiarum causas
» esse designandas. ☞ CUM VERO EOSDEM ALTERA
» VICE VIDISSEM ANNO ☞ 1882 VEL ☞ 1883 ☞
» MUTUA IPSORUM CONVERSATIO ☞ PACATIOR
» ERAT » – (*sum. contr. pag.* 262 §. *Ad* 4).

80. Comitissae Angelae testimonio pondus maximum addit confessio comitissae actricis, quae duobus post initas nuptias anbis ita se exhibet viri sui amantissimam ac matrimonio laetam: « Rien qu'un mot pour te dire
» que je t'aime et que CET AMOUR ME FAIT PRÉ-
» FÉRER À TOUT SOIN CELUI DE COMPTER LES
» JOURS QUI ME SÉPARENT ENCOR DE TOI – TU
» AS OUBLIÉ DE ME SOUHAITER L'ANNIVERSAIRE
» DE NOTRE MARIAE, et tu sais que j'ai la manie
» des anniversaires »(*sum. n.* 18). Die 14 mensis novembris 1883 ad comitem scribebat etiam – « la depêche

» m'a fait si grand plaisir que je ne vis plus-
» sque *dans l'espoir de te revoir,* reviens vite... Papa,
» je taimc. Ecris-moi, fais tout ce que tu dois, et
» après, tout ce qu'il faudra pour que *nous nous re-
trouviors* » – (*sum. n.* 20).

81. Postremo comitis saevitias a testibus parisiensibus assertas testes vindobonenses non solum haud confirmant, sed expresse negant: – « Me fateor putare » (ait cubicularius Martinus Mayr) solum Comitem Io» annem PRO SUA BONITATE ipsam ferre potuisse », – *sum. contr. pag.* 267 §. *Ad* 4). Cui concinit cubicularia Iosepha Mayr (*cit. sum. pag.* 269). Imo principissa Caecilia Lumbomirska postquam asseruerat: – « Ioannem Comitem Zamoyski novi ab eius infantia, » quia ipsum a fonte baptismali levavi » cum procucurator actricis nodum in scirpto quaerens, urgeret: – « Croyez-vous que le Comte Jean Zamoyski ait mal» traité sa femme? – reponit: – QUIA EUM NOVI ☞ » NULLO MODO ID CONCEDO. – Rursus – Ne con» naissez – vous (ita ille) d'autres personnes ayant été » maltraitées et battues par lui? – Ad quae principissa: – ☞ NUNQUAM AUDIVI ALIQUEM DE EIUS SAEVITIA CONQUERI AUT ALIQUEM AB EO PERCUSSUM VERBERATUMVE FUISSE – (*cit. sum. contr. pag.* 274 §. *Ad* 3 *et pag.* 276. §. *ad* 7 *et* §. *ad* 8).

80 Cum *Abbate Witkowski nunquam* Comes de consumatione *loquutus est,* quem habebat *spectum,* ob amicitiam cum *Abbate Allain*, Officiali Curiae sibi infensissimo. Propterea que *Abbas Witkowski* modo in sua depositione admittendo, modo negando consumationem, hoc unum probat, illum aut nescire quod dicebat, aut nolle dicere quod sciebat.

81 Coeterum non omnis mulier ex physica conformatione habet *hymen.* Habentibus *hymen* (membranam transversam intersaepientem ostium vaginae), illud non est *signum certum* et *absolutum virginitatis,* cum *mulier possit deflorari atque etiam concipere, integro adhuc persistente hymene.*

82 Hoc ex *Zacchia quaest. medic. legal. lib. 4 tit. 2 de virginitate et stupro num. 28 dupliciter* fieri potest. *Uno modo,* si membrana illa adeo *dura sit,* ut *disrumpi* a congressore *non possit:* tunc enim, *si vir intra uteri collum semen effundat, et uterus illud attrahat per orificium,* quod perpetuo in ea membrana reperiri certum est, *potest mulier concipere. Secundo modo,* si vir *membrum habeat admodum breve,* et membrana illa sit *altius intimiusque posita,* vel *ipsa mulier uteri collum* habeat praelongum: tunc enim *idem,* quod in superiori casu, *evenire potest.*

83 *Duos* hinc *alios modos idem Auctor* indicat *loc. cit.* sub *num. 31,* quibus mulier esse *non possit virgo, integro adhuc existente hymene. Prior est,* si virga *tenui* existente, hymenis orificium sit *ampliusculum,* nam *absque hymenis laceratione mulier corrumpi potest et concipere. Alter* modus est, notatu prae caeteris *dignus,* utpote qui eventu *frequens est,* quando virgines uno aut altero die, aut etiam tertio et quarto *praegresso* a *menstrua purgatione* viro junguntur, quia tunc non modo *virum facile et absque dolore admittunt,* sed *membranae illae, quae hymen constituunt, non disrumpuntur, sed tantummodo,* ob praegressam menstruo-

rum humiditatem, *relaxantur,* ita ut *facile congredientis peni absque earum dilaceratione cedant,* et tunc etiam *mulierem concipere posse nihil obstat.*

85 Neque haec est doctrina tantum *veteris scholae*: confirmari quin imo promeruit et certam reddi, multis editis factis et argumentis, a *Doctore Mahon* in Opere — *Medicina Legale e Polizia Medica — Milano anno 1804 Tom. 1 p. 101 et seq.*

89 Disertius quoque *Petrus Budin — Ostetricia e Gynecologia — Parigi 1885,* qui denegans quoque *hymen* esse membranam *propriam* atque *distinctam,* cum nil aliud sit, quam ora externa vaginae, eminens supra vulvae muccosam, inter parva labia, *maximae flexibilitatis,* ait, inter coetera, se vidisse in Clinica partus spatio *trium* mensium — *tredici volte la presenza dell'imene intatto, sù settantacinque primipere all'incirca —.* Loquitur quoque de muliere 22 annorum, anno 1879 parente in Clinica, quae erat — *meretrice pubblica* —, et tamen — *aveva l'orificio vaginale intatto ed il circolo imenale assolutamente completo —.*

93 *Doctor Fabre,* Praeses Societatis Scientiarum Medicinalium Gantis, in *Opuscolo* Parisiis edito *anno 1881* sub titulo — *Persistenza dell'imene, che non ha impedito la concezione* —, alios quoque casus edit, se auctore et teste, de hymene *integro in actu partus.*

95 Et tandem, misso quoque testimonio Obstetricum, *Evans* et *Peral,* de quo in *Summ. num. 69 et 70,* praeclarus *Martineau,* Medicus in Hospitali *di Leurcine* in suis Lectionibus — *sulle deformazioni vulvarie — Parigi 1886 p. 50 et sequen.* repetit suis discipulis casus, sibi quoque frequentissime obvenientes abhinc viginti annis — *di donne di 16, 20 e più anni, entrate nell'Ospedale, che da molti anni si abbandonarono al coito, ed il di cui imene, nel momento del parto, era intatto. — Vi può esser dunque* (concludit) *deflorazione e stupro senza rottura dell'imene —.*

101 Quin objiciatur *S. Ordinem* semper retinuisse *hymen,* tamquam ineluctabile *firmumque* signum *virginitatis.* Sed non est novum, detecta melius veritate, ab antiqua praxi et jurisprudentia quandoque recedi.

102 Testis est *S. Romana Rota,* aequissimum ex Tribunalibus totius Orbis, pluries a jurisprudentia recedens, firmata a *multis quoque soeculis.*

103 *Neque* tamen est *verum S. Congregationem* retinuisse *solam hymenis existentiam* tamquam *certum firmumque signum inconsumationis* ad effectum dispensationis. S. enim Ordo id admisit,

cum, *viri impotentia ad coeundum probata*, hoc facto *signum confirmari* potuit. Item, cum *ambo Conjuges*, jurejurando *inconsumationem affirmantes*, hujus veritatem ex *hymenis existentia aliisque adminiculis* constituerunt. Item cum ex *rerum circumstantiis* apparuerit Conjuges *nunquam insimul concubuisse, aut concumbere potuisse*. Item cum ex *Conjugum inspectione juridice peracta, talem* inter eos *differentiam* existere probatum est, ut per rerum naturam, absolute vel relative, conjunctio locum habere non potuerit. Item cum in *muliere adeo incorruptionis signa perspicua essent*, ut, ne minimum quidem dubium ingeri possit quoad unum ex ipsis.

105 In casu *Medici Parisienses*, praeter *hymenis existentiam*, nihil referunt *de vulvae statu*, seu ut dicunt, — *delle deformazioni della vulva* —. Scilicet ex eorum Relatione ignoratur, an haec — *si è trovata traperta nella parte superiore, o inferiore* —, quaeque sint — *le forme e condizioni della clitoride, lo stato delle grandi e piccole labbra, il colore, la rugosità, lo stato della commissura inferiore, designata sotto il nome di forchetta* —. Nihil habent de conditione — *della fossa navicolare, del piccolo triangolo, chiamato vestibolo, della direzione del meato orinario, del muscolo restringente* — et similibus, quae Medicis *Tardieu, Richet, Martineau, Oliveti etc. maximi* sunt *momenti* pro *arguenda*, cum *hymenis existentia*, virginitate.

106 Ipsaque *hymenis integritas falsa pro nobis est*, cum *nullus ex nostris Medicis et Obstetricibus* inspectioni *adfuit*, qui propositi absque dubio fuissent, si inspectio non fieret *clanculum*, adstante *religiosa foemina*.

107 Unum Periti dixerunt — *che il dito introdotto nell' orificio è fortemente stretto* —, quod tamen fieri potuit per *non usum*, quandoquidem ex *Budin* in § 3 sui Operis — *Considerazioni Medico-Legali* — certum est post aliquot menses res in foemina in eumdem statum *revertere*, quo *initio erant*.

109 Nedum tamen Aloysia *non probat*, uti deberet, *invicte inconsumationem*, uti hactenus vidimus, sed Comes invicem *ostendit vere et realiter matrimonium consumari integro quadriennio*.

111 Itaque matrimonium *consumatum* esset apparet, praeter *juratam Comitis responsionem Interrogatorio*, junctam *testimonio septimae manus* et *inspectioni sui corporis*, *quindecim nil minus argumentis*, uno altero disertionibus, *quaeque* ea sint. Unum eorum tantum *de lite dirimeret*.

112 *Duo* ergo *viae* dextra laevaque *claudunt* decisioni hujus gravissime causae, quam omnes investigant et fatidice intuentur: *una* latissima, *altera* angustior, sed aeque tuta.

113 Via lata est in *abscissa rejectione instantiae dispensationis, quia* mulier, quae probare debet inconsumationem, non probat, *quia* invicem Comes statuit sequutam consumationem, et *quia* in omni dubio respondendum esset pro matrimonio.

114 Via *angustior* est in *dilatione causae*, vel ex *integro conficiendo processui* pro parte *mulieris*, Parisiis *irrite* gesto, antequam causa in *merito* reproponatur, vel *eidem ampliando* cum aliis probationibus, quae haberi poterunt, juxta *instructionem dandam a Defensore Matrimonii ex officio*, *renovata* semper *Romae inspectione mulieris,* servataque in omnibus forma *Constitutionis Benedictinae* et *Istructionis S. Congregationis anni 1840.*

117 In hoc novo processu, vel ex integro conficiendo, vel ampliando, inter alios examinandi essent: 1. *Comes Stanislaus Zamoyski*, patruus clientis: 2. *Comitissa Rosa Stanislaus Zamoyski*, uxor: 3. *Comes Augustus Zamoyski*, patruus clientis: 4. *Comes Costantinus Zamoyski*, frater clientis cum *uxore*: 5. *Comitissa Wodzica, nata Zamoyska*, soror Comitis, una *cum marito Comite Wodzichi*: 6. *Gabriel Benoit*, olim famulus Ducissae de Malakoff, Comitis et Comitissae Zamoyski, nunc Comitis: 7. *Ostiarius cum uxore* domus num. 62 *del Boulevard Haussman*, ubi Parisiis habitabat familia Pellisier Zamoyski: et 8. *Aloysius Komor*, famulus Comitis Costantini Zamoyski.

118 Omnes deponent, sicuti in *extrajudicialibus* depositionibus, nuper
ad S. Ordini porrectis, jam testati sunt, quare *firmiter credant ma-*
124 *trimonium consumari*, de optimis Comitis *moribus*, de *nulla* mulieris, durante contubernio, *quaerela circa mariti impotentiam*, de *Aloysia, perpetua causa rixarum*, de *rationibus*, cur Comes matrimonii defensionem mordicus susceperit et prosequatur, de *honestate firmaque valetudine* integrae familiae Zamoyski, deque aliis, *quae adhuc intrinsecus latent*, ad *causam valde opportunis.*

124 Ideoque *omnes preces* S. Congregationi ipsique Summo Pontifici *porrexerunt*, ut, quae potissimum concernunt *matrimonii consumationem, una cum assertis causis dispensationis*, praevio juramento, docere possint.

131 Via tamen haec angustior *pro novis actis vitanda erit*, quia, his quomodocumque expletis et ex quocumque exitu, *nihil causa proficiet*. Admissa est in Ecclesia Catholica dispensatio *pro bono ani-*

marum, quando, non consumato usque ab initio matrimonio ex *antipathia*, illico ortae sunt rixae inter conjuges, et quandoque etiam inter parentes, quae in dies creverunt, et majora quoque mala in quotidiano usu protendunt.

132 Conjuges Zamoyski *ex amore* nupserunt, et, *integro quadriennio*, si excipias aliquot rixas *ex parte mulieris*, *summa etiam benevolentia sese ad invicem prosequuti sunt*, quod probatur litteris, testibus aliisque. Porro, si matrimonium ex *novis* probationibus, in *novo* processu hauriendis, *haud consumari contigerit*, id profecto evenisset *ex solo facto culpaque uxoris*, quae *naturali modo* par esse noluit debito conjugali, *ne fieret mater*.

133 *Varia* de hoc *argumenta ex actis*, et alia quoque, quae supervenire poterunt in *novo* processu.

134 Jamque, si *mulier noluit consumare*, praestandoque debito conjugali *par esse*, sicut in actu sacramenti promiserat, *ex prava sua voluntate*, fieri ab Ecclesia Catholica compos non poterit *dispensationis*; alias *gratia dispensationis* invecta *ad aedificationem*, concederetur *ad destructionem publicae moralitatis*, in honore etiam apud ipsos Etnicos et barbaros. Omnes enim mulieres, uti egit Aloysia, libere diversari possent tres vel quatuor annos, *inter pejores foeditates et immunditias*, cum marito, ut inde, docto de virginitate, *ope gratiae*, ad *secundas*, *tertias* et *quartas* nuptias, quandoque etiam *praestitutas*, convolarent.

135 *Aut* ergo ex *novis* actis matrimonium *consumatum* esse apparebit, *dispensationi locus esse non poterit*. *Aut* contra constiterit illud fuisse *inconsumatum* (quod tamen est impossibile), cum mulier *causa fuisset inconsumationis*, haud sese exhibendo cum viro suo in opere conjugali, prout debebat, *nullimode quoque poterit dispensari*, ne ex improbitate sua *lucrum* consequatur. Deessent in themate *motiva dispensationis*. Et *utroque in casu*, quae fieri possent acta, *nihil proficerent*.

136 Effatum *Salomonis*:

137 Unde, quid tandem ab EE. et RR. Patribus respondendum sit huic contrariae instantiae *dispensationis*, quae admitti non potest in *matrimonio consumato*, indissolubili *jure divino*, argui tandem poterit.

PARISIEN.

PRAETENSAE DISPENSATIONIS MATRIMONII

DUBIUM — *An sit standum vel recedendum a Decisis in casu* —?

Emi. et Revmi. Patres

1 Scripserat Aloysia Pellisier die 17 Ianuarii 1883 marito —: *Mio Papà amatissimo* (quo nomine illum appellare solebat a prima die nuptiarum), *mio amatissimo Papà, mio solo ed unico amore! Siccome voi correte a traverso l' Europa, ed ho pena a seguirvi, il mio pensiere vi vede costantemente o nelle nevi, o nei* sleping-cars *con o senza amici, con o senza parenti, ed io mi domando spesso, se, dormendo su di questo o quel canapè, in questo o in quel fondo di berlina è a Loulou* (ad Aloysiam) *che voi aspirate. Oh! ditemi di sì, Papà amatissimo. Il mio cuore brucia di rivedervi e stringervi contro di esso. Papà amatissimo, voi non saprete mai quanto vi amo, è di una maniera da stordire, e quasi misteriosa, è al di là di tutto, è al di sopra di tutti gli ostacoli. La mia tenerezza per voi decupla le forze della mia volontà..... Voi siete intelligente, buono e onesto. Sono queste le ultime parole per questa sera, alle quali unisco una montagna di baci sui biondi capelli di Giovanni, il più caro che io amo, io amo, ma tanto, se tu sapessi quanto! Luisa — Summ. num.* 25.

2 Siccine modo hic vir, quem Aloysia *tertio post nuptias anno*, ideoque perfecte noverat, in littera vocabat — *intelligente, buono ed onesto* —, continuo eam divexaret probrisque afficeret, adeo ut coacta sit dispensationem petere? Siccine mulier, viri amantissima, cui

mittebat — *una montagna di baci* —, ajens suum Ioannem esse — *il più caro che io amo, io amo tanto, se tu sapessi quanto* ! —, eum studiose undique adhoriretur, qui, praeter nefarios intimos mores suique contemptum, sanctioribus ac naturalibus matrimonii officiis neque satisfaciebat? Quin exprobaret, quin, durante longo contubernio, de impotentia unquam quaereret?

3 Huc sane, Patres, modo contentio redit. Ex adverso ostendendae, si fieri unquam potest, justitiae gratiae dispensationis, aurum vertitur in coenum, ab amore venire odium asseritur, quodque in sola diversatione conjugum in eodem lecto per paucos dies *impossibile* cuique videtur, tamquam NATURALE OBVIUMQUE esse contenditur, scilicet sponsos pulcros, invicem simpathicos, firma valetudine et in aetatis flore, in eodem lecto *per quatuor annos* decumbentes, veluti truncos et inertes invicem extitisse, ut .... *orationi vacarent.* Ait *Coscius de separat. tor. conjugal. lib.* 3 *cap.* 2 *num.* 266 in graviori casu inconsumationis propter antipathiam jurejurando professae ab utrisque Conjugibus, et statutae quoque ab Obstetricis Matronis, quod —: *Durum est credere, quod duo sponsi ambo potentes, qui ad explendam libidinem voluntarie statum conjugalem elegerunt in ea aetate, quae viribus pollet, inter noctis tenebras, nec semel tamen, nec una nocte tantum, sed pluries in actuali situ conjunctionis positi, durum, inquam, est credere, quod in duas lapideas statuas converti possint. Durum est credere, quod adolescens cum puella, solus cum sola, nudus cum nuda propter solam antipathiam in occasione conjunctionis tam proxima, libidinis aestus concorditer et constantissime suffocaverint, nisi quoque dicendum sit, quod ignis cum palea, flamma cum stypa nequaquam magnum incendium excitare valeant. In his ergo circumstantiis non ita facile Conjugum confessioni de non consumatione, nec Obstetricum Matronarumque relationi de mulieris virginitate deferendum venit* —.

4 Non negamus, ex *hysterica* potissimum et *nervosa* uxore quanodoque intercedere contumelias et rixas: hoc tamen commune ehu! nimium est in omnibus mundi matrimoniis, neque sol ubique serenum ac splendidum micat ex diversa Conjugum indole incomprehaensoque uniuscujusque, uti assolet, amore. Meminit *S. Hyeronimus lib.* 1. *contra Iovinian.* sepulcrum suo oevo repertum cum titulo — *Hospes miraculum: hic vir et uxor non litigant* —, unde sapide, de matrimonio loquens, inquit: — *Qui non litigat, coelebs est* —.

5 Sed jam, si vera diximus, haec causa demonstrabit. Die 10 Martii 1881 celebratum est Parisiis matrimonium in Ecclesia S. Philippi *de Roule* inter Comitem Ioannem Zamoyski, Deputatum Supremo Senatui Austro-Hungarico, annorum 30, et nobilem puellam Parisiensem, Lugdovicum seu Aloysiam Pellisier de Malakoff annorum 20.

6 Pauci, qui praecesserant, tractatus. Iuvenes sese agnoverunt initio mensis Octobris anni 1880, atque illico nuptiarum propositum abiisset in auras, ex tenuitate, quam Vidua mater timebat fortunae mariti, nisi ipsa sponsa, amore capta clientis, interposito post paucos dies nuncio, illud iterum obstringeret *Summ. num.* 3. Tunc Comes, qui Vindobonae, visa segnitie matris sponsae, moram trahebat, rediit Parisios post tres hebdomadas, itaque die 10 Martii 1881 celebratum est hoc connubium.

7 Sponsorum decor, contagio naturae et nobilitas utriusque familiae felicem faustumque exitum undique pollicebantur. Et vere felix et fausta extitit haec unio *majori ex parte quadriennii,* cum Conjuges ex animo sese diligerent, ut nihil inter eos posset esse conjunctius, ceu patet ex *litteris a sponsa marito missis,* tempore absentiae, vel ob negotia familiae, vel cum muneris officio Vindobonae hic defungeretur, annis 1881, 1882, 1883, 1884 et initio anni 1885 *Summ. num.* 3, 5 *ad* 45;

testimonio omnium *amplissimo* eorum, quae *tunc* agebantur.

8 Si quid aegritudinis inter eos quandoque aderat, statim extinguebatur: mariti patientia et amor *hystericae vervosaeque* uxori praesidium erat. Hoc uxor fatebatur *Summ. num.* 18, 19 *et* 25: hoc aperte docet *alter ex famulis domus*, haud examinatus, una cum *cubiculario Comitis Costantini*, fratris clientis, *Aloysio Komor*, rixas earumque causas diserte persequens.

9 — *Entrando al servizio della casa* (ait testis *Benoit*), *gli altri domestici, Felice Robin, Maria Beline e Clotilde Vibout, che come me erano addetti al servizio del signor Conte e della signora Contessa Zamoyski e della signora Duchessa di Malakoff, mi dissero del signor Conte l' opposto di quello, che ora hanno deposto (ciò che ho verificato, duranti gli anni, che sono stato al suo servizio), sugli atti cioè vergognosi e brutali verso la moglie, de' quali è stato accusato. Se potessi essere confrontato con essi innanzi ad un Giudice, io li farei arrossire di vergogna, perchè essi non potrebbero negarmi di avermi detto il contrario di quello, che hanno dichiarato. Potrei citare anche fatti per provarlo* — *Summ. num.* 66.

10 Ad originem mox deveniens dissentionum et ad ingenium Conjugum — *La Signora Contessa* (addit) *è di un carattere impetuoso. Invece il Sig. Conte era molto buono, e pieno di riguardi e di cortesie e di cure affettuose per sua moglie, anche allora, quando si metteva in collera* — *cit. Summ. num.* 66.

11 Quid vero putatis de hac bile uxoris, quam mitius loquendo, vocabimus *nervorum ludum*? Ait alter testis *Komor*, quod annis 1881 ad 1883 — *ho visto la Signora Contessa cambiare ad ogni momento, spesso cantava, spesso faceva chiasso con grida le più assordanti e con una voce selvaggia ed inumana. Essa aveva attacchi spasmodici, gettava quà e là le sue vesti nella camera, rompeva candelieri, e tutto questo si ripeteva quasi con-*

tinuamente e, durante tutto il tempo, in cui soggiornò dai miei padroni — *cit. Summ. num.* 67.

12 At enim in animorum perfecta consensione, haud equidem decidente ex nervositate mulieris a marito patienter tolerata, *infaustus homo* inter virum et uxorem *sese interposuit,* eos ab amico contubernio avertere nitens, ñescimus qua de causa, aut melius ignorare volumus. Huic suppetitias tulit *ipsius uxor,* cum una et altera *muliercula* —. *Questo Federico Masson* (sunt verba Comitis in sua *Memoria,* typis edita, durante processu, confirmata quoque ab ipso Masson ad 7.ᵐ in *contr. Summ. num.* 21) *autore di questa campagna, dava consigli agli uni e lezioni di oscenità agli altri. Quello è stato anche l' anima delle deposizioni* (in processu). *Io mi sono particolarmente occupato, diceva esso, di queste questioni: so come questi affari si trattano in Roma. Ho studiato questa materia per fare il mio Libro sul Cardinale De Bernis* —.

13 Itaque *Fridericus Masson,* qui primus discordias sererat, filiam matremque Pellissier, hanc ultimam clienti semper obnoxiam ob tenuitatem fortunae, commonuit *facile* esse *divortium* in Ecclesia Catholica. Probare *inconsumationem* matrimonii: *dissidia exantlare* inter Conjuges, quae majora tractu temporis fieri possent; haec rei summa. Ad probationem vero *inconsumationis* quod attinet, fortuito hoc facillimum existimabat in Aloysia ex *physica quadam sua conformatione.* Erat enim, uti sciebant, *duro hymene* et *valde intimo.*

14 Supererat pro initio *processus dispensationis* ejicere Comitem a domo maritali, arreptaque est occasio in ejus discessu Vindobonam die 22 Januarii 1855. Tunc Conjuges Parisiis morabantur. Usque adhuc Joannes et Aloysia conjunctissime vixerant, ceu vidimus *in litteris* ab *uxore missis,* in hac causa *maximi* faciendis, nam *contrarium prorsus habent,* tempore *insuspecto,* ejus quod modo ex adverso *effingitur* ad *opportunitatem litis.*

15 Vix a Comite accepta epistola uxoris sub meri-

diem diei 8 Februarii 1885, quod *quasi aegrotaret, sed modo melius se haberet Summ. num.* 46, quod hilum resciret quid Parisiis tunc ageretur, misit extemplo ei *telegramma* -- : *Veniam hora decima noctis de loco Pagny. Millies te osculor. Revisuri. Joannes* -- *Summ. num.* 47.

16 Cum tamen Parisios Comes pervenisset, en quidam famulus Mareschallae, *subridens* ei obtulit *duas litteras*, quibus *separatio uxoris jam facta nunciabatur* et proxima Romae institutio processus pro *dissolutione matrimonii Summ. num.* 48. 49. In littera *uxoris primo* excidit *fabella* de *inconsumatione* ex *viri impotentia*, additis molestiis atque etiam verberibus, unde Aloysia assidue afficiebatur *cit. Summ. nnm.* 48. *Mater* confirmabat filiae propositum, jubens, ne Comes suam domum amplius accederet *cit. Summ. num.* 49. Aliae etiam litterae huic et illi de familia Zamoyska eo oevo per Aloysiam missae sunt super necessitate separationis ob vexationes et contumelias, quin quidquam tamen diceret *de impotentia viri Summ. num.* 50, 51, 52, *et* 53.

17 Tristi huic nuncio et in tanta rerum perturbatione, cliens insanire visus est, advolatque momento temporis ad intimos familiae Pellisier, *Conjuges Masson*, sciturus quid ictu fulminis in pusilla sua absentia evenisset. Fridericus unicum modum *reconciliationis* esse ait in immediata littera *excusationis* uxori et matris, quae sua *accusatio* olim fuisset. Pro *bono pacis* et uti *voti compos* Comes evaderet, hoc fecit, nesciens quid ageret, sed nullus ei respondit *Summ. num.* 60 ! Interim mulieres *clam* recedentes in Monasterio *Assumptionis,* ne latibulum dignosceretur, dabant operam initio processus, *petita* per Aloysium Pellisier Summo Pontifici *dispensatione super matrimonio rato et non consumato contr. Summ. num.* 8 *Litt. B.* Porro, haud effectum sortita *reconciliatione* Conjugum *per S. Ordinem injussa*, quia Archiepiscopus Parisiensis, seu potius Abbas *Allain*, Officialis Curiae, noluit una insimul Conjuges penes se vocare, ut

invicem sese aperirent *cit. contr. Summ. num* 8 *Litt. D.*, die 11 Maii 1885 prodiit Rescriptum ex Audientia SSmi pro confectione processus — *tam super non sequuta consumatione matrimonii, quum super causis dispensationis . . . cum facultate etiam subdelegandi, servatis servandis, pro examine partium et testium, quatenus extra Dioecesim demorentur* — *cont. cit. Summ. num.* 8 *Litt. K.*

18 In quo dolendum est deputari *Emum. Archiepiscopum Parisiensem*, quia fortasse Romam miserat mulieris instantiam pro dispensatione, quum non esset Judex processus in *loco domicilii* ex Constitutione *Benedictina*, aliusque profecto Judex in demandato sibi munere diverse ageret. Comes enim cum uxore domicilium habebat in Diaecesi *Prezmyul*, vel saltem moram trahebat *Vindobonae*, ob munus Deputati in Supremo Consilio Austro-Hungarico. Quidquid autem fuerit de aliquali diversatione uxoris Parisiis penes matrem intra annum, hoc ipsius legale domicilium non auferebat *cum marito*, haud inter Conjuges existente sententia separationis personalis.

19 Non hic immorabimur super *variis phasibus processus* in Curia *Parisiensi* ob nefastam hanc deputationem, in qua, inter coetera, prohibitum est Comiti, absenti Parisiis, *Advocatum* vel saltem *Procuratorem*, in quo confidebat, habere. Suo loco quoque res erit de *inobservantia non unius, sed omnium formarum in processu*, et potissimum in difficili et substantiali PROBATIONE PHYSICAE INTEGRITATIS MULIERIS, contra quod Comes de actu in actum semper *protestatus est*, apponendo *Nihil transeat.*

20 In *Interrogatorio mulier* venditavit *per quatuor annos*, quibus stetit cum marito, *haud matrimonium consumari ex impotentia viri*, utut bona fide se praestitisset atque optima voluntate. Varios hinc describit viri conatus, omnes effectu vacuos. Primo diversationis anno hi fuissent immites, postea — *sono stati più dolci* — *contr. Summ. num.* 9.

21 Tunc a Iudice processus percontata : — *Credete voi che vostro marito sia assolutamente incapace di avere con una donna relazioni regolari* ? —, respondit: — IO NON POSSO RISPONDERE A CIO': *solo mio marito mi faceva rimarcare,* CHE IO ERA TROPPO INETTA, E MI PRESTAVA ANCHE POCO VOLONTIERI AI SUOI DESIDERII. *Sono sicura che almeno con me la cosa è impossibile, perchè, malgrado tutta la mia buona volontà, egli non ha potuto mai riuscire — cit. contr. Summ. num.* 9.

22 Contra *Comes* in *Interrogatorio* Curiae *Vindobonensis,* deputatae a Curia Archiepiscopali Parisiorum nec non directo etiam ab hac S. Congregatione *juratus* ait —: *Optime scio quid sit matrimonium consumare,* ET SECUNDA NUPTIARUM DIE MATRIMONIUM CONSUMAVI. *Membrum meum virile quavis vice erectum erat, et quidem extemplo, quoties ad uxorem meam ad concumbendum accessi. Membrum meum virile* ETIAM SEMEN EMISIT, *nam linteum quavis vice paululum maculis conspersum erat. Sed declaro*; SEMEN IN VAS MULIEBRE INFLUXIT *toties quoties matrimonium meum* REVERA CONSUMAVI, ET QUIDEM HIS QUATUOR ANNIS IN PRINCIPIO QUATER AD MINIMUM IN QUAVIS HEBDOMADA, DUOBUS SEQUENTIBUS ANNIS QUATUER VEL QUINQUIES IN QUOVIS MENSE, ULTIMO VERO ANNO QUATUOR VEL QUINQUIES TANTUM IN TOTO ANNO — *contr. Summ. num.* 88.

23 Et addidit speciali *interrogationi* sibi factae a Curia —: *Uxor mea plerumque contenta erat,* SED PERSAEPE RESTITIT. SE NOLLE PROLEM CONCIPERE DICTITABAT. CUM POST ACTUS CONJUGALES ALIQUANDO PUTARET SE ESSE INCINCTAM, VALDE PLORAVIT ET PLANGEBAT. JAMPRIDEM MIHI DIXERAT SE MECUM ACTUS CONJUGALES NOLLE EXERCERE — *cit. contr. Summ. num.* 88.

24 Ad alterum *interrogatorium* respondit: — *Nunquam manibus penem confricavi, neque per hoc erectioctionem procuravi, nec unquam uxorem meam rogavi, ut mihi hoc praestaretur. Ast uxor mea saepe mihi dicebat SENTIRE DOLOREM, quia membrum meum nimis grande ET EGO NIMIS FORTIS ESSEM. Quem dolorem, ut in actu minuerem, membrum meum unxi unguento dicto* - cold-cremê. - *Uxor mea PLERUMque INVITA CONSUMATIONI RESISTEBAT, et, quovis actu finito, vas muliebre lavit.* NOLUIT UNQUAM EFFICI MATER. *Persaepe* LIBROS DE SCIENTIA ET ARTE MEDICA *tractantes perlegit,* EX QUIBUS DISCERET QUOMODO CONCEPTIONEM PROHIBERET. NUNQUAM VOLONTARIE SITUM NATURALEM SERVAVIT, ITA UT OMNES SITUS AD FINEM CONSEQUENDUM POSSIBILES EXPERIRI DEBEREM. *Semel a tergo accedendo rem expertus sum, sed sine ejuculatione seminis. UXOR MEA HYSTERICA ERAT, ita ut cum alio viro non potuisset esset beata. Alius certo ipsam occidisset*--. *cit. contr. Summ. num.* 88.

25 Absoluto *interrogatorio* lectaque depositione, Comes clariori factorum intellectui adjunxit cum juramento: - *Uxor mea saepius, quando accessi ad actum conjugalem, dixit*: NOLO ESSE COACTA AD HUNC ACTUM - *cit. contr. Summ. num.* 88.

26 *Testes septimae manus mulieris,* plerumque suspecti, utpote addicti servitio Comitissae, ceu *Maria Beline, Clotildes Vibout* et *Felix Robin,* haud a Judice processus audiverunt, sicuti fieri oportebat, illud quod uxor deposuerat, neque ideo testimonium *credulitatis* super ipsius depositione ferre poterant. Omnes vero professi sunt , Aloysiam, *durante cohabitatione* , NUNQUAM CONQUAERI DE INCONSUMATIONE: matrem intimosque parentes de hoc facto *nihil etiam scivisse,* usquequo Aloysia, recedendo in Monasterium, com-

mentum protulit pro causa *dispensationis* : ipsos testes de *facto proprio nihil cognoscere* et inconsumationem didicisse a Mareschalcha tantum et a filia, *postquam processus initiatus erat*, quapropter eis credunt. Sola *Belnine* et *Masson* ajunt nonnullas fidelitates ab Aloysia recepisse, sed sibi postea contradicunt, dicentes *arguisse* tantum, non audivisse *contr. Summ. num.* 10 *ad* 32.

27 *Alii testes septimae manus viri*, Vindobonae melius dixerunt SE VERE CONQUIESCERE DICTO COMITIS in responsione *interrogatorio* super *sequuta consumatione*, quam *attente* a Judice processus sibi lectam *audierunt*, nam callent ipsius *probitatem* et *fidem*. Neque enim sibi persuadere possunt eum pium atque apprime honestum in re maximi momenti pejerasse, fortius quia est firma valetudine et amantissimus semper visus est suae uxoris. Nunqnam ab eo vel ab aliis excidit verbum de *impotentia*, argumenta quin imo habent *de consumatione contr. Summ. num.* 94 *ad* 104.

28 Examinatus est etiam in Curia *Lublinensi*, ex delegatione Curiae Vindobonensis, *Sacerdos Koziejowecki*, Praelatus et Custos Cathedralis, qui retulit Mense Junio vel Julio anni 1881, Comitem Zamoyski secum *dubitasse* de consumatione matrimonii, quia uxor obfirmato animo *nolebat esse mater*, et *regulari copulae* vacare obsistebat. Inde difficultates et rixae, ex diverso quoque utriusque ingenio et aeducatione. Perlecta tamen ei depositione Comitis super *consumatione*, HUJUS AEFIRMATIONI CREDIT ex sibi perspecta sua honestate; nam postea ex iteratis congressibus id verificari potuit, quod antea erat *dubium*, et accidere etiam quod *principio* matrimonii non evenerat *contrar. Summ. num.* 105.

29 *Vir* ex *regulari inspectione* trium Medicorum, *Kundrat, Reder* et *Albert*, repertus est *potens contr. Summ. num.* 92: *mulier* ex tribus aliis Medicis Parisiensibus declarata est *virgo* ex persistentia *hymenis adhuc integri contr. Summ. num.* 33. Unus et alter ex Medicis

digitum intulit *in ostium vaginale* ac difficulter processit: alia tamen, eaque graviora persistentis virginitatis indicia, observari solita in qualibet inspectione, experta non sunt.

30 Clauso duplici processu, viri et mulieris, *irregulari Parisiensi*, *numeris omnibus absoluto Vindobonensi*, et Romam trasmisso, ratus et Comes in re sat clara, et sibi plusquam aliis perspectissima, posse ex semetipso propriam defensionem parare absque opera *Advocatorum*. Coetera assequeretur strenuus vinculi Defensor *ex officio*. *Scriptum* itaque edidit, Viennae typis traditum, una cum quamplurimis documentis sub titulo — *Memoria del Co. Giovanni Zamoyski sulla domanda di scioglimento del matrimonio presentata in Roma dalla Moglie Luisa Pellisier de Malakoff* —, quod EE. PP. in propositione causae pro sua defensione distribueret. Hujus *Memoriae*, quae *tanti* postea *displicuit*, licet omnia in ea contenta ehu! nimium vera sint, comparticipes non fuerunt quotquot Comes agnoscit, amici vel consulentes, et, quando iis per veredarios fuit communicata, valde displicuit, quia sciebant *veritatem odium parere*.

31 Falsum est tamen voluisse cum ea diffamari. Redimi namque eo *Scripto* voluit, praeter naturalem in jure defensionem, nedum honor Comitis, sed etiam DECOR PERILLUSTRIS ET INCLITAE FAMILIAE ZAMOYSKI, in tota Polonia nobilitate, censu et religione potissimum conspicuae, a Comitissa ejusque asseclis, non exclusa contraria Defensione, *turpiter actae*, quasi de penu Comitis et instituto vivendi, aliunde, ut videbitis, rectissimo, universa illa familia participaret.

32 Utcumque tamen illud fuerit, quando partibus nunciata est propositio causae pro *mense Februario* 1888, Comes tandem intellexit necessitatem adhibendi pro defensione Advocatum, *ostendendis potissimum vitiis processus in Curia Parisiensi*, ut inde, antequam ad causae discussionem deveniatur, *novus fieret*, aut saltem

renovaretur inspectio mulieris, quod est caput contrariae defensionis. Impossibile enim erat *intima causae* quomodocumque assequi SINE PROBATIONIBUS, SINE PROCESSU, nam IDEM EST processum *non existere,* ac existere processum, cui *nulla omnino fides* ex innumeris gravibusque irregularitatibus *habenda sit.*

33 Propterea in *prima* causae *propositione ejusdem Februarii Memoriale* sui Defensoris Comes exhibuit, in quo, menti etiam revocato *S. Congregationem* die 29 Martii 1886 Curiae Parisiensi *injunxisse,* ut acta conficeret — *a tramitem Instructionum transmissarum* —, comprehaendentium cauthelas *Constitutionis Benedictinae* et *Instructionis S. Congregationis anni* 1840 pro conficiendo processu in causis matrimonialibus *Summ. num.* 2 *et Litt. A.*, quod *pessumdatum* quoque fuit, petitum est Rescriptum —: *Dilata, et fiat nova inspectio mulieris, servatis servandis* —. Minus hoc certe fuerat, quam quod peti vel auspicari poterat, in necessaria vel saltem valde utili *renovatione omnium actorum in Curia Parisiensi,* si contraria instantia rejici nollet.

34 Contra tamen omnem spem, proposita causa sub *Dubio — An sit consulendum SSmo. pro dispensatione a matrimonio rato et non consumato* — ?, S. Ordo, data fide contrariis exagerationibus, quin imo calumniis contra clientem, rescribere censuit — AFFIRMATIVE —. Heu quot dolores igneosque cruciatus hoc Rescriptum edidit, ad quam desolationem adduxit! Deus, pauperum et afflictorum pater, prae sua misericordia Comiti summum rationis bonum non abstulit, sibi semper cliens blandiendo, variis modis, antequam causa reproponeretur, *reconciliationem cum Conjuge,* quam adhuc vehementissime diligit, *obtentam iri.* Cogimur itaque in *secunda* hac causae *propositione,* cum omnes amicitiae conatus in irritum cesserint, non tantum pro Comite, sed pro IPSA SACRAMENTI FIRMITATE,

quae Catholicum quemque *tenet*, a religione summaque justitia Emorum. et Rmorum. Patrum *Rescriptum* exposcere —: RECEDENDUM A DECISIS —, scilicet NON ESSE LOCUM DISPENSATIONI MATRIMONII. Ad perditam vero quamque hypothesim, si majori indulgentia adversaria prosequi velit, et recedi illico non censentur *a primo* Rescripto, *Responsum* saltem imploramus: — DILATA ET FIAT NOVUS PROCESSUS, SERVATA FORMA CONSTITUTIONIS BENEDICTI XIV ET INSTRUCTIONIS S. C. ANNI 1840, NEC NON JUXTA NOVAS INSTRUCTIONES CONFICIENDAS A DEFENSORE MATRIMONII EX OFFICIO —. Sin minus — DILATA ET COMPLEANTUR ACTA PROCESSUS, JUXTA INSTRUCTIONEM DANDAM A DEFENSORE MATRIMONII EX OFFICIO —. Haec est, Patres, devota nostra precatio: hoc *Rescriptum*, quod ferventer a Vestra religione ex fide modo praestolamur.

JUS

35 Basis dispensationis est INCONSUMATIO MATRIMONII, quin *de causis* quoque *solutionis vinculi* quaeri oporteat, alterum dispensationis extremum, cum de *ipsa inconsumatione* e vestibulo in causa nostra non constet.

36 MULIER vero, quae dispensationem petit, *probationem inconsumationis* praecise et evidenter AFFERRE TENETUR, tum quia in judicio est *actrix*, ideoque probare debet, tum quia *maritus* contradicens est in *legitima possessione matrimonii*, usque ad contrariam remjudicatam de jure servandi. Aequissima sunt haec et passim obvia principia, nulla unquam demonstratione vel auctoritate egentia !

37 Jam vero *duo*, Emi. Patres, praecisae et evidenti probationi inconsumationis requiruntur: *legalitas extrinseca formae*, atque *intima demonstratio physicae integritatis* recurrentis.

38 Multa sacri canones jam constituerant pro recto judicio *gratiae*, difficillimae equidem et perraro assequendae, quia, quod geritur intra domesticos parietes, in lecto conjugali inter virum et uxorem, nemini patet. Cum itaque dissolvi non possit matrimonium *consumatum*, indissolubile *jure divino*, incertae semper et parvi ponderis conjecturae de consumatione vel inconsumatione matrimonii, circumdari *oportebant substantialibus certisque formis*, INFLUENTIBUS IN IPSAM SUBSTANTIUM PROBATIONIS, unde veritas poni posset in aprico; alias inter incertitudinem probationis et inter deficientiam harum cauthelarum INUTILE plane esset et ILLUSORIUM id quod agitur.

39 *Benedictus XIV* in Constitutione — *Dei Miseratione* —, evellendis, ut ait, abusibus novorum matrimoniorum, existente *primo Conjuge*, quibus *et animarum saluti pernicies et sacramentis Ecclesiae injuria infertur*, PROCESSUM CANONICUM PRAECEDERE OMNINO JUSSIT CUM CERTIS FORMIS *decisioni causae matrimonialis*, complectentem potissimum *jurata interrogatoria*, danda per Defensorem vinculi viro et mulieri, *testimonium septimae manus*, et in quibusdam causis, ubi agitur de impotentia et de inconsumatione matrimonii, etiam *conjugum inspectionem*. Si vero contingerit hunc vel illum ritum pessumdari, aut aliquam ex praescriptis cauthelam omitti, vel ex parte mulieris, vel ex parte viri, vel ex parte utriusque, NULLITATEM OMNIUM ACTORUM Pontifex ABSCISSE DECREVIT, adhibita quoque *clausola irritanti*. *Annullato* vero *processu*, palam est CAUSAM IN MERITO DECIDI OMNINO NON POSSE.

40 — *Demum* VOLUMUS (ait Pontifex in fine Constitutionis) *easdem praesentes Litteras firmas, validas et efficaces* EXISTERE ET FORE, *suosque* PLENARIOS ET INTEGROS EFFECTUS SORTIRI ET OBTI-

NERE, *et ab illis, ad quos spectat et pro tempore quomodocumque spectabit* IN OMNIBUS ET PER OMNIA PLENISSIME ET INVIOLABILITER OBSERVARI. SICQUE ET NON ALITER PER QUOSCUMQUE JUDICES, ORDINARIOS ET DELEGATOS, ETIAM CAUSARUM PALATII APOSTOLICI AUDITORES, ATQUE EOSDEM S. ROMANAE ECCLESIAE CARDINALES, ETIAM DE LATERE LEGATOS ET S. SEDIS NUNTIOS, ALIOSQUE QUOSLIBET QUACUMQUE PRAEEMINENTIA ET POTESTATE FUNGENTES ET FUNCTUROS, SUBLATA EIS ET EORUM CUILIBET QUAVIS ALITER JUDICANDI ET INTERPRETANDI FACULTATE, UBIQUE JUDI-
☞ CARI ET DEFINIRI DEBERE, ET IRRITUM
☞ ET INANE, SI SECUS SUPER HIS A QUO-
☞ CUMQUE QUAVIS AUCTORITATE SCIENTER
☞ VEL IGNORANTER CONTIGERIT ATTEN-
☞ TARI. NULLI ERGO OMNINO HOMINUM LICEAT *hanc paginam Nostri Decreti, Statuti, Constitutionis, Prohibitionis, Revocationis, Annullationis, Mandati ac voluntatis*, INFRINGERE, VEL EI AUSU TEMERARIO CONTRAIRE —.

41 At *S.* haec *ipsa Congregatio Concilii* die 22 *Augusti* 1840 *Instructionem* quoque posthac edidit - *pro confectione processus in causis Matrimonialibus* -, quae in summa nihil aliud est, quam *evolutio*, sive *modus practicus* exequendi CONSTITUTIONEM BENEDICTINAM. Ita etiam in *civilibus primo* publicatur *lex*, normas generales alicuius dispositionis continens, hinc prodit *Ordinatio*, quam vocant — *Regolamento* —, pro executione legis, atque haec Ordinatio seu — *Regolamento* — tamquam IPSA LEX SEU PARS LEGIS communiter habetur.

42 Itaque *Constitutio Benedictina* atque *Instructio S. Congregationis anni* 1840, UNUM ET IDEM SUNT

penes nostra Tribunalia, et potissime penes *S. Congregationem Concilii*, et in *sola* infractione *alicuius* cauthelae *ipsius Instructionis anni* 1840, procul a generali lege *Benedictina*, NULLITAS IN OEVUM SERVATA EST. Legite, precamur, Patres, ne ultra vagemus, *in Summ. num.* 73 *Catalogum Resolutionum S. Congregationis* in causis *dispensationts* ab *anno* 1881 *in posterum*, ab eoque perspectum habebitis, omissa quomodocumque in processu aliqua forma sive *Benedictinae*, sive *Instructionis*, si haec minoris pensi esset e. g. in Interrogatorio, vel in testimonio septimae manus, S. Ordinem quandoque, mitius agendo, *sanasse acta*, quandoque iussisse *renovari processum*.

43 In *praescripto* tamen INSPECTIONIS MULIERIS, quando inspicienda esset, quod extat *fudamentum* dispensationis, NUMQUAM TRANSEGIT. Interdum etiam voluit *inspectionem* ROMAE *renovari* PENES S. CONGREGATIONEM, si maxime res esset inter *exteros*, influentias et protectionem, uti assolet, exantlantes Regiae eorum uniuscuiusque Legationis, ut suspicio quaevis removeretur.

44 Haud infrequenter etiam iussit *ampliari* probationes super *inconsumatione*, alia perspiciendo in casu adesse argumenta hactenus intentata, vel testes examinandos, et in causis longae cohabitationis inter Coniuges, dum acta processus suae formae restituebantur, mandavit expeririri quoque *reconciliationem*, ceu in *Csnadien. Matrimonii* 26 *Januarii* 1861.

45 In hac causa ad Dubium — *An sit consulendum SSmo. pro dispensatione matrimonii rati et non consumati in casu etc.*?- initio, die 26 Jannarii 1861, responsum est —: *Dilata et compleantur acta processus, juxta inxta instructiones dandas, et coadjiuventur probationes super non consumatione matrimonii* —. Mox, die 25 Januari 1862, Rescriptum prodiit —: *Dilata et ad men-*

tem. Mens est, ut scribatur Episcopo, qui referat, cur inspectionem malieris non proposuerit, et cur de executione nihil dixerit -. Tandem die 10 Maii 1862, dimissa est dispensatio cum clausola —: *Negative, et Episcopi interim curent reconciliationem Conjugum* —.

46 Nutante adhuc sententia Iudicum, et urgente iterum muliere pro repropositione causae, in Comitiis 31 Jannuarii 1863 rescriptum est: — *Praevio recessu a decisis, consulendum esse SSmo. pro dispensatione super matrimonio rato et non consumato* —; atque hoc ultimum Rescriptum confirmari promeruit in Caetu diei 30 Maii 1863 alio Responso — *In secundo loco Decisis* —. Quod probat etiam quanta semper religione et fide, quo studio veritatis *S. Congregatio* in hujusmodi causis semper processerit, cum si matrimonium, ut diximus, consumatum esset, nulla humana ratione dissolvi posset, et inter novos antiquosque Conjuges injuriae injuriis, peccata peccatis cumularentur.

47 Abscedendo modo, Patres, a minoribus *Constitutionis Benedictinae* et *Instructionis anni* 1840 infractionibus, usuvenientibus in *Processu Parisieniensi*, contra aliud, uti diximus, *absolutissimum* ex parte *viri* in Curia *Viennensi*, omne, quod jure praescribitur AD SINCERITATEM ET VERITATEM INSPECTIONIS MULIERIS, a principio ad finem, *fuit* PEDIBUS CONCULCATUM. Mirum sane: nullus omnino actus ad normam legis exactus est!

48 Non praefixus a Iudice processus partibus terminus *ad exibendas Notulas Medicorum et Chirurgorum confidentium et diffidentium*, sed ipse Medicos, *quos voluit*, elegit. Electi a Judice Medici *haud praestiterunt ante inspectionem juramentum* de veritate dicenda, traditis de eorum opinione tantum - *Certificati* -, quasi res esset solutione mercedis affictus, vel de emptione venditione alicujus praedii. Vocatis his Medicis praestando juramento,

defuncto demum Archiepiscopo *Guibert*, a S. Congregatione deputato conficiendo processui, transmissisque Romam actis, retulerunt quidquid *post quindecim menses* recordati sunt et recordari poterant: *neque tamen* tunc quoque *juramentum praestiterunt*, simpliciter confirmantes quae dixerant, *haud invocato SSmo Dei nomine in testimonium*. Non deputatae *Obstetrices*. Pro *Matrona* adhibita *Monialis*. Soli Medici, qui *conglobatim* inspexerant, *conglobatim* quoque retulerunt super assertis notis integritatis mulieris, sese ad invicem intelligentes in praecedentibus liberis colloquiis inter eos habitis, unde unus contra legem potuit alios in propriam sententiam pertrahere.

49 Series harum omnium infractionum *in sola inspectione mulieris*, unius post aliam, quaeque certo veluti ordine inter eas junctae sunt, a neglecto scilicet termino partibus ad exibendas Notulas Medicorum et Chirurgorum ad electionem per Judicem processus Peritorum sibi acceptorum; ab electione Peritorum acceptorum ad omissam juramenti praestationem *ante explorationem* de veritate dicenda; ab omissa praestatione juramenti de veritate dicenda ante explorationem ad omissum pariter juramentum *post inspectionem*; ab omisso pariter juramento post inspectionem ad omissam deputationem *Obstetricum*, quae una cum Medicis et Chirurhis adesse debebant; ab omissa deputatione Obstetricum ad interventum *Monialis* pro honesta Matrona; ab interventu Monialis pro honesta Matrona ad ipsam Medicorum judicialem inspectionem, factam *conglobatim*, et ubi Medici, antequam referrent, in communem sententiam *convenerunt*: series, inquam, harum omnium infractionum SUSPICIONEM GRAVISSIMAM NOBIS INGERUNT, quod OMNIA EX FIDE PARISIIS FACTA NON SINT (certe perdolenter dicimus et ex justae defensionis necessitate), quodque VERITAS, quae requiri omni studio debebat, ASSEQUI NOLUERIT.

50 Qui sunt hi Medici, qui mulierem inspexerunt?

Desormeaux, *Bailly*, et *Brouardel*. Nos eos IGNORAMUS, et si modo dignoscimus, nobis primo exhibiti sunt *ab Abbate Allain*, Officiali Curiae Parisiensis, *ex officio*. Utut ergo optimi et medica scientia imbuti, COMITI APPRIME SUSPECTI SUNT, cum *Allainius*, qui eos deputavit, semper se addictum Comitissae ostenderit, repellendo etiam non Advocatum, sed simplicem *Procuratorem* pro Comite, cui confidebat, in conficiendo processu. Si tempore habili in Curia vocaremur exibendae Notulae Medicorum *confidentium* et *difidentium*, uti jubet *Instructio anni* 1840 sub § *Judex*, OPPIDO EOS, TAMQUAM SUSPECTOS, REJICEREMUS.

51 Quid vero de *omissione juramenti* a Peritis praestandi, ex alia quoque *IstructioneS. R. Inquisitionis*, citatis partibus, ut adsint, *antequam ad explorationem virginitatis* deveniatur? Comes *citatus non est*, et Periti inspectioni perrexerunt, soli, quia Judices *rusticationis causa* Parisiis aberant,*haud ullo praestito juramento*. Ait proinde Cancellarius, loquendo de peritia, se actis inseruisse — I CERTIFICATI *di tre, che hanno fatta la ispezione della Contessa* — *contr. Summ. num.* 33.

52 Neque *substantiali huic defectui* mederi valuit ex excussione facta Peritis *insequenti anno*, post *quindecim menses*, a Tribunali iterum a novo Archiscopo nominato absque mandato S. Sedis et contra omne jus. Unus tantum dixit —. *Io giuro di dire la verità intera senza parzialità* —: duo alii reponderunt simpliciter — *Sì* — *contr. Summ. núm.* 33. Verbum tamen — *sì* —, aut etiam — *io giuro di dire la verità intera senza parzialità* —, haud invocato *SSmo Dei nomine*, ex *S. Alphunso Theol. Moral. lib.* 3 *cap.* 2 *num.* 176 NON EST JURAMENTUM, NEQUE NOS IDEO CREDIMUS eis, qui invocare VERENTUR DEI PRAESENTIAM in probationem propriorum assertorum.

53 Mittimus non deputari cum Medicis, juxta *Instructionem*, — *tres saltem Obstetrices, quae sedulo erunt*

instruendae de recognoscendo visu et tactu in muliebrium inspectione —. Praescriptum sane maximi monenti, quia si deputarentur, *alias* profecto *notas virginitatis* ab eis calleremus, inquiri solitas *per Obstetrices*, muliebrum peritissimas, in omnibus aliis, quas semper vidimus, inspectionibus, ad monitum quoque Doctorum *Tardieu*, *Richet*, *Martineau*, *Oliveti* aliorumque: idest *lo stato della vulva: se si è trovata traperta nella parte superiore o inferiore: quali siano le forme e le condizioni della clitoride: quale lo stato delle grandi e piccole labbra, il colore, la rugosità, lo stato della commissura inferiore, designata sotto il nome di forchetta.* Insuper *lo stato della fossa navicolare, del piccolo triangolo, chiamato vestibolo, della direzione del meato ordnario, del muscolo restringente* et similia.

54 Mittimus prae *Matrona* ahiberi *Monialem*, quae hoc munere defungens contra proprium institutum, et ne fraus fieret, aut nihil sciebat, aut nimis sciebat. Mittimus coetera.

55 Quid de IPSA INSPECTIONE MEDICORUM? Duo ab ea patent: INSIMUL EOS VIDISSE, idest, uno praesente altero, partes sexuales mulieris; atque INVICEM COLLOCUTOS FORE, postquam inspexerint, in actu proferendi judicii in celebribus — *Certificati* — traditis Curiae *contr. Summ. num.* 33. At enim vult Instructio sub § *Judex*: — *quod ad corporis inspectionem* A SINGULIS SEORSIM PROCEDENDUM ERIT —. Mox addit —: *Peracta recognitione*, SEORSIM SINGULAE OBSTETRICES REFERENT DE VIRGINITATATIS AUT CORRUPTIONIS INDICIIS *ab inspectione resultantibus, an certa et qualia supersint signa et argumenta intemerati aut corrupti claustri virginalis, et an ulla fraus ad virginitatem simulandum adhiberi potuerit.* —

56 Executio quoque hujus cauthelae est valde necessaria tum in *inspectione*, tum in *relatione* a singulis

SEORSIM facienda, ita ut unus ignoret alterius testimonium et judicium. Nemo enim facile studio partium abripitur, dum scit suum testimonium ab adverso aliorum testium suffocatum iri, et quum probe noscit redargui posse, sic forte mentiatur. At si contra omnes Periti sermones inter sese conserant, metui debet, ne cavillationibus et respectu humano honestiores et fortasse debiliores ad invicem abstrahantur. Non est novum unum alios, utut principio invitos vel renuentes, in *propriam tandem sententiam pertrahere*: sicque non *trium*, sed UNIUS, in facto omnium gravissimo et peremptorio, haberetur JUDICIUM.

57 Eoque fortius ad unguem servandae erant hae praescriptiones legis, quia *S. Congregatio*, ex reclamationibus *Comitis*, die 11 Septembris 1885 Curiae Parisiensi INJUNXERAT — *ut in processus confectione* RATIONEM HABEAS ADNEXAE INSTRUCTIONIS *Defensoris ex Officio in urbe — cit. Summ. num.* 2 *Litt. A.*

58 *Instructio* Defensoris *ex officio*, ante omnia admissa Comiti facultate pro eo delegandi in executione actorum *Procuratorem*, quod nunquam ab *Allainio* concedi voluit, multa habet de examine testium jam inductorum , de exceptionibus, de juramento deque novis testibus recipiendis. AD INSPECTIONEM vero MULIERIS quod attinet, jubet — UT ADAMUSIM SERVENTUR, QUAE CITATA INSTRUCTIO HUJUS S. CONGREGATIONIS ANNI 1840 MINUTIM PRAESCRIPSIT *sub* §. *Judex praefigat et sequen* . —.

59 Qui modo *erat* hic *Abbas Allain*, Officialis Curiae , qui omnia *simulat*, disertoque *hujus S. Congreganis* praescripto CONTRADICIT ? Excusandus ne erit, quia in *substantia*, quae sacri Canones jubent, executus est, atque *edendae* semper erunt *probationes suspicionis falsitatis* pro renovatione actorum? MINIME SANE, Patres! Quidquid enim lege praescribitur *sub specifica*

forma, NON POTEST ADIMPLERI PER AEQUIPOLLENS ; jussum vero dicitur sub specifica forma, quod jubetur, *comminata*, si secus fit, ut in casu nostro, *nullitate*.

60 Ad haec in causis omnibus matrimonialibus et in nostra quoque dispensatione ABSQUE ULLA PROBATIONE ADDUCTAE SUSPICIONIS, SUFFICIT Coniugi objicienti irregularitates dicere *ex ipsa irregularitate* sibi *injuriam* fieri, et LEGITTIMAM SUSPICIONEM INGERI DE CORRUPTIONE FACTI, vel OCCULTATIONE VERI. Omnia enim, ubi agitur de rescindendo matrimonio, *clara* et *fide maxima* esse oportent.

61 Testis et *Sanchez de matrim. lib.* 7 *disp.* 113, qui, praemisso partibus jus esse Peritos sibi suspectos *recusandi*, subdit *sub num.* 7. — *Quarta tamen conclusio sit: Matronae ac omnes alii, qui juxta artis peritiam de re aliqua deponere debent*, RECUSARI POSSUNT. *Quia hi non sunt proprie testes, sed eorum depositio et declaratio magis est* JUDICIUM, *quam testificatio . . . . Sed lata est differentia, quando hi Periti eliguntur A JUDICE, et quando eliguntur* AB IPSIS PARTIBUS. *Nam* QUANDO ELIGUNTUR A ☞ JUDICE, POSSUNT ABSOLUTE RECUSARI, NULLA ALIA ALLEGATA CAUSA, QUAM SUSPICIONIS. *Sicut Judices socculares ex hac sola causa recusantur l. apertissimi* 4 *Cod. de judic. junct. gloss. ibi verbo recusare communiter recepta. Quare* SATIS EST *et requiritur juramentum partis recusantis*, QUO JURET SIBI PERITOS ILLOS ESSE SUSPECTOS —.

62 Perditum quoque esset oggerere Judicem processus omisisse normas juris, ex quo Comes Zamoyski *reprehaesentari* omnino voluit ab *Advocato* addicto Tribunali S. Rotae Romanae aliisque Tribunalibus Supremis S. Sedis, nunc ad tempus Parisiis degen-

te. Alias diximus : nolle nos causas probrosae hujus recusationis persequi, ex rationibus facile intelligendis, quas omittimus. Utcumque tamen illud fuerit, haec ipsmat Advocati *Romani* exclusio, NOVA ET VALIDISSIMA CAUSA esse debuerat EMENDATE AGENDI, ne scilicet suspicari posset, Judicem *Parisiensem,* extra propriam competentiam quoque delegatum, favere *mulieri Parisiensi,* obsistere *Polono.*

63 Ex quo ipsa quidem *S. Congregatio Instructionem Defensoris Vinculi in Urbe die* 11 *Septembris* 1885 Curiae Parisiensi trasmittere sategit, ut acta, quantum fieri posset, accurate fierent, nulla omnino omissa cauthela in confectione processuum matrimonialium, — *quoniam in themate* (ait) *non solum sanctitas Sacramenti exposcit, ut omnia remedia adhibeantur, quae ad veritatem detegendam conducere possunt, sed et reo convento consulendum est,* QUIPPE QUI NATIONE EXTERUS EST, ET NULLUS RELINQUATUR OPORTET AMBIGENDI LOCUS, NE QUID HUJUSMODI REMANSERIT INTENTATUM — *cit. Summ. num.* 2. *Litt. A.*

64 Itaque, repulso Advocato Romano et absente Parisiis Comite, *constitui* per Judicem debebat *contumacia,* ad formam juris, ut inde Comiti habili tempore communicaretur Notula *Peritorum, testium omniumque eorum,* quae tunc in Curia fierent. Comes hos vel illos pro lubitu *admitteret* vel *refutaret,* vel etiam daret testibus *positiones* seu *interrogatoria* : omnia in hujusmodi processibus maximi momenti. Res vero nec longa, nec difficilis; maxime cum de tempore inspectionis Aloysiae fortuito Comes Parisiis moraretur.

65 Sed procul etiam, Patres, *a vitiis formae,* quae hactenus assequuti fuimus, impedientibus, ne de *intimis* causae *meritis quaeri etiam possit!* In procussu *nullo,* NULLAE SUNT PROBATIONES, itaque causa ABSQUE PROBATIONIBUS, si judicari vellet, MODO JUDICA-

RETUR! Quomodo, rogamus, Aloysia constituere valet *suam physicam* integritatem? Oppido *responsione jurata Interrogatoriis*: sui et mariti *testimonio septimae manus*: et *inspectione Conjugum*. Adsedum.

66 In responsione *Interrogatorio mulier* NEGAT consumari matrimonium *contr. Summ. num.* 9: maritus AFFIRMAT *contr. Summ. num.* 88.

67 In testimonio *septimae manus mulieris*, parentes et amici eam habent *honestam* et *fide dignam*, *quin* tamen suam *audierint responsionem interrogatorio*, sicut per legem fieri debebat *contr. Summ. num.* 10 *ad ad* 32: in testimonio *septimae manus* viri , parentes et amici *religiosum* eum undique praedicant, et in *quo confidendum sit*, post *intellectam*, quae a Judice processus singulis testibus recitata est, *responsionem Comitis interrogatorio*. Itaque testes *mulieris* dederunt testimonium *credulitatis in genere* tantum, testes *viri* in *genere* et in *specie* super ipsa consumatione.

68 Tandem in inspectione *mulieris* Aloysia declarata est VIRGO *cit. contr. Summ. num.* 33: in alia *inspectione viri*, Comes declaratus est POTENS *cit. contr. Summ. num.* 92.

69 Argumenta ergo hinc inde *contraria*. UNA PROBATIO alteram DESTRUIT. Si ex *decem* detrahas *decem*, restat NIHIL.

70 Quin moveat Medicum *Kundrat*, qui inspexerat pudenda Comitis, in relatione dixisse, fieri etiam posse, quod, non obstante *actuali* potentia, Comes in contubernio fuerit *relative* impotens cum uxore. At illico declaravit — : *Non adsunt signa impotentiae relativae perpetuae : nam, etsi fortassis ex abnormi irritabilitate uxoris, et fortuitae Comitis ad tempus exercitium debiti conjugalis difficile esset vel impediretur*, TAMEN, STANTE UTRIUSQUE BONA VOLUNTATE ET IN TALI STATU ORGANICO, QUALIS INQUISITI CO-

MITIS EST, BONUS QUOAD COITUM SUCCESSUS NON POTEST IN DUBIUM VOCARI — *cit. contr. Summ. num.* 92 *Litt. C.*

71 Quaesito autem de hoc ipso sibi proposito a Procuratore *mulieris*, praecisius respondit -: *Possibilitatem utique adesse* (impotentiae *relativae* in contubernio): SED SI CONJUGES LONGIORI TEMPORE COHABITANTES AMICABILITER ET IN BONA VOLUNTATE AD OPUS CONJUGII ACCEDANT, TALIA IMPEDIMENTA FERE SEMPER REMOVERI POSSE - *cit. contr. Summ. num.* 92 *Lit. C.*

72 Ejusdem furfuris sunt expositiones duorum aliorum Cognitorum *Reder et Albert in cit. contr. Summ. num.* 92 *Litt. A. B.* Quod si nobis replicaretur plene tamen de hoc hodie non constare, quia a posse ad esse non valet illatio, facilis responsio. Si viri potentiam in dubium revocas *ex regulari partium genitalium viri conformatione*, MULTO MAGIS ANCIPITES ESSE OPORTEBIT de *absoluta* matrimonii *inconsumatione*, etsi mulier omnia exhibeat physicae virginitatis signa, quae ex *Zacchia*, *Barzellotti* aliisque *Auctoribus* medicinae legalis semper FALLACIA sunt et INCERTA.

73 Ipsarum *Obstetricum* et *Cognitorum*, de muliere corrupta vel non propriis oculis intuentium, judicium est semper ANCEPS ET FALLAX ex *S. Cypriano*, cujus verba relata sunt in *can. nec aliqua* 4 *caus.* 22 *quaest.* 1. - *Nec aliqua putet se posse hac excusatione defendi, quod et inspici et probari possit, an virgo sit*, CUM ET MANUS OBSTETRICUM ET OCULI SAEPE FALLANTUR -.

74 Affertur tamquam *tutum atque ineluctabile virginitatis* argumentum *hymen* Comitissae, in nupera inspectione Parisiensi repertum, ut ajunt, *integrum.* Quantum tamen hoc esset signum *plausibile*, non tamen peremptorium integritatis, si ageretur de marito *impotente* aut *dubiae*

potentiae, hoc *ipsum factum* NIHIL OMNINO PROBAT in marito POTENTE, tali a *Medicis Viennensibus* declarato in *cit. contr. Summ. num.* 92 *Litt. A. B. C. D. E. F.*, qui uti poterat suis juribus in uxorem, et praesumibile est in *jugi* cohabitatione *quatuor annorum usum esse*, remotis potissime conquaestionibus mulieris, durante contubernio, de ejus *impotentia.*

75 Si lacerari *hymen haud contigit, multis ex causis id fieri potuit*, ex parte potissimum *mulieris*, non sese exhibentis in debito conjugali, uti oportebat, *ne fieret mater*, aut *dolorem conciperet*, uti inferius demonstrabimus. Sufficit pro consumatione matrimonii *virum hastam immittere in vaginam*, ibique *semen* veridice effundere.

76 Quod *contigisse* Comes pluries declaravit in *jurata responsione Interrogatorio*, a secunda die nuptiarum. - *Optime scio* (ait) *quid sit matrimonium consumare, et secunda nuptiarum die matrimonium* CONSUMAVI. *Membrum meum virile quavis vice erectum erat, et quidem extemplo, quoties ad uxorem meam ad concumbendum accessi. Membrum meum virile etiam semen emisit, nam linteum quavis vice paululum maculis conspersum erat. Sed declaro : semen in vas muliebre influxit toties, quoties matrimonium meum revera* CONSUMAVI, *et quidem* HIS QUATUOR ANNIS IN PRINCIPIO QUATER AD MINIMUM IN QUAVIS HEBDOMADA, DUOBUS SEQUENTIBUS ANNIS QUATOR VEL QUINQUIES IN QUOVIS MENSE, ULTIMO VERO ANNO QUATER VEL QUINQUIES TANTUM IN TOTO ANNO - *cit. contr. Summ. num.* 88.

77 Et *Medici*, visa physica sua conformatione, hoc ipsum *probarunt*, eum sanissimum et robore plenum dijudicantes, ac insimul concludentes: - NULLAM ADESSE RATIONEM SUPPONENDI INQUISITUM FUISSE IN TALI STATU, IN QUALI DEBITUM CONJUGALE EX CAUSIS ORGANICIS NON SOL-

VISSET, VEL SOLVERE NON POTUISSET - *cit. contr. Summ. num.* 93 *Litt. D. E. F.*

78 Vere initio Comes, post tres menses a matrimonio, de hac sua consumatione dubitavit, quia *uxor concipere nullo modo velle professa erat,* nec EX FIDE in opere conjugali *se gerebat*: - *I miei timori però* (uti modo explicat Comes in *littera* suis Advocatis 12 Maii 1888, interum juramentum de hoc prestiturus) NON TARDARONO A DISSIPARSI IN SEGUITO, QUANDO I NOSTRI RAPPORTI ADDIVENNERO PIÙ REGOLARI E PIÙ FREQUENTI, PRINCIPALMENTE NEL SECONDO E TERZO ANNO FINO AL QUARTO DELLA NOSTRA UNIONE, *in cui furono di più in più rari. Essi cessarono quasi completamente qualche mese prima della separazione, a motivo della ostinazione, con cui mia moglie si rifiutava a compiere i suoi daveri verso di me, per ragioni, che ignorava allora, ma che oggi è facile d'indovinare.* - *Summ. num.* 72.

79 Tunc Comes, in hoc rerum statu, colloquutus est cum *Abbate Koziejowski*, Administratore Dioecesis Lublinensis, *propria dubia* de consumatione *pandendo,* reputans quod, si quam citissime pro solutione matrimonii recurreret, faciliori etiam modo voti semper fieret. Ex quo sane colloquio *Abbas Koziejowski* nil magis scire de consumatione potuit, quam quae, pendens animo, a Comite acceperat, nihil certi: nihil absoluti.

80 Cum alio vero *Abbate Witkowschi* NUNQUAM Comes de opere conjugali cum Aloysia SERMONEM HABUIT, quia sibi erat SUSPECTUS, ob intimam amicitiam cum *Abbate Allain.* Huic, occurrente quandoque de hoc sermone, ad summum dicere potuit MATRIMONIUM CONSUMARI. Contradictio *Abbatis Witkowschi* in sua depositione, modo admittendo, modo negando consumationem, hoc unum probat, illum aut nescire quod dicebat, at nolle dicere quod sciebat. In

summa Comes in littera Advocatis concludit -: *Con quello* CHE HO FATTO *con mia moglie, e con ciò* CHE HO LASCIATO IN ESSA, *certifico e dichiaro* CHE VI ERA DI CHE RENDERLA PIÙ VOLTE INCINTA, CIÒ DI CHE ESSA ERA MOLTE VOLTE, ED ANCHE SPESSO, PERSUASA, ED IN QUANTO A ME HO LA CONVINZIONE, CHE AVRESSIMO POTUTO AVERE MOLTI FIGLI, SE . . . . - *cit. Summ. num.* 72.

81 Coeterum non omnis mulier, ex phisica conformatione, habet *hymen*: - *tenuis quaedam illa membrana transversa, claustrum virginale intersaepiens, aditumque genitali viri impediens* - ex *Andrea de Laurens, Ambrosio Pareo* aliisque. Habentibus vero *hymen*, membrana NON EST CERTA ATQUE ABSOLUTA, ut creditur, NOTA VIRGINITATIS, cum mulier possit *deflorari*, atque etium CONCIPERE, INTEGRO adhuc persistente HYMENE: - *De integritate autem hymenis* (ait *Zacchia quaest. medico--legal. lib.* 4 *tit.* 2 *de virgin. et stupr. num.* 28), ETIAM CORRUPTA EXISTENTE MULIERE, *patet per ea, quae de imperforatis dixi,* NAM POTEST VIRGO DEFLORARI, IMO ETIAM CONCIPERE, ABSQUE EO QUOD HYMEN DISRUMPATUR, *ut concludunt Doctores* -

82 Subdit *Auctor num.* 29 - *Hoc autem* DUPLICITER *evenire potest.* UNO MODO, *si membrana illa adeo dura sit, ut disrumpi a congressore non possit, tunc enim si vir intra uteri collum semen effundat et uterus illud attrahat per orificium, quod perpetuo in ea membrana reperiri certum est et minime controversum, potest mulier concipere.* SECUNDO MODO, *si vir membrum habeat admodum breve, et membrana illa sit altius interiusque posita, vel ipsa mulier uteri collum habeat praelongum, tunc enim idem, quod in superiori casu, evenire poterit* -.

83 Hinc *Auctor num.* 31 indicat *duos alios modos,*

quibus mulier non sit virgo, *integro* adhuc existente *hymene -: Addam duos alios modos;* UNUM, *si, virga tenui existente, hymenis orificium sit ampliusculum, nam absque hymenis dilaceratione mulier corrumpi potest et concipere Capivacc. in tract. de sig. virg.* QUARTUS MODUS *est, notatu prae coeteris dignissimus, ut qui eventu frequentior esse soleat, et maxime notatur a Pinaeo lib.* 1 *cap.* 6, *quando virgines uno aut altero die, aut etiam tertio et quarto praegresso a menstrua purgatione viro junguntur, quia tunc non modo virum facile et absque dolore admittunt, sed, quod mirum duxeris, membranae illae, quae hymen constituunt, non disrumpuntur, sed tantummodo, ob praegressam menstruorum humiditatem relaxantur, ita ut facile congredientis peni absque earum dilaceratione cedant, et tunc etiam mulierem concipere posse nihil obstat —.*

84 Unde concludit *num.* 33 *et* 34 - *Vides ergo* ☞ QUOT MODIS CORRUMPI POSSIT VIRGINITAS, ☞ ET TAMEN VIRGO INCORRUPTISSIMA INTUENTIBUS APPARERE, SI HIS EXTERIORIBUS SIGNIS FIDEM HABEAMUS. NUSQUAM IGITUR DARI DIXERIM TUTAM VIRGINITATEM, *nisi fortasse apud Aethiopum et barbarorum nonnullos, qui, ut narrat Petrus Bemb. lib. 6 historiarum Venet., quem refert Koruman de mir. viror. tit. de sign. probat. virginit. et Riol. Fil. lib. 2 Authopograph. cap. 32, ut virginum suarum pudicitiam nullo modo suspectam habeant, puellis, ubi primum natae fuerint, pudenda consuunt, relicto libero tantum meatu ad urinam reddendam. Cum nuptui vero traduntur, ipsi sponso incumbit onus uteri labia dissuendi. Sic sponsae ipsorum vel nolentes illibatam et incorruptam suam virginitatem sponsis suis conservant, et ipsi sponsi ab omni suspicione liberi existunt, cum non possint ab aliis in ea re ullo modo decipi. Hoc ita narra-*

tur a Bembo; an veritatem habeat, ambigo, an habere possit, non credo —.

85 Neque haec tantum sunt praecepta *veteris scholae:* rerum exacta cognitio et rigidiores deinceps inspectiones pariformiter perdurarunt, adjiunctis aliis innumeris factis et argumentis, ad haec nostra usque tempora, testisque est, inter coeteros, *Doctor Mahon* in opere - *Medicina Legale e Polizia Medica - Milano anno* 1804 *Tom.* 1 *pag.* 101. - *Tale contrarietà di opinioni in un fatto, che dipende dalla semplice ispezione* (super existentia hymenis), *prova al dire di M. de Buffon, che gli uomini hanno voluto trovare nella natura ciò, che non era che nella loro immaginazione. D' altronde ammettendo la testimonianza di coloro, che sostengono la esistenza dell' imene, ne risulterebbe* CHE QUESTA MEMBRANA, ESISTENTE O NO, SAREBBE SEMPRE UN SEGNO MOLTO EQUIVOCO E MOLTO INCERTO DELLA VERGINITÀ O DELLA DEFLORAZIONE. *M. Winslow, altrove citato, dicendo che l' imene si trova ordinariamente lacerato dopo la consumazione del matrimonio,* CONVIENE PURE CHE TALE MEMBRANA POSSA SOFFRIRE QUALCHE ALTERAZIONE PER LA COPIA DEI MENSTRUI, PER ACCIDENTI PARTICOLARI, PER IMPRUDENZA O PER LEGGEREZZA. *Vi sono dunque dei casi, nei quali una figlia vergine, nel senso istesso, che l' intendono i casisti, sarebbe disonorata, se si cercassero le prove della sua integrità nello stato della membrana in quistione. Ciò che dice Heistero è assai più concludente, poichè egli dichiara, che, a misura che le figlie crescono in età, l'imene si distrugge poco a poco* —.

86 — *Potrebbero talvolta esistere dei segni e degli indizii di deflorazione, poichè quasi sempre la prima copula da molto pena, apporta effusione di sangue, ed il dolore è considerabilissimo per l'uno e l'altro sesso. Ma tutto questo lavoro dee men reputarsi l'effetto della rottura*

e del laceramento di un preteso imene, CHE LO SFORZO FATTO DAL MEMBRO VIRILE NEL ROMPERE LE CARUNCOLE MIRTIFORMI, E NEL DISGIUNGERE LE PICCOLE MEMBRANE, CHE LE TENGONO ASSIEME UNITE. *Questa* COLLISIONE *e questa* DISUNIONE, *bene evidente delle caruncole, sarebbero dunque* I SOLI INDIZII, *onde provare che vi fu deflorazione* —.

87 — MA L' ASSENZA DI QUESTI SEGNI NON PROVEREBBE PER IL CONTRARIO LA PRESENZA DELLA VERGINITÀ. *In fatti* LE CARUNCOLE MIRTIFORMI POSSONO ESSERE NATURALMENTE DISPOSTE IN GUISA, *che la verga* PENETRI SENZA DIFFICOLTÀ, *e per conseguenza* SENZA DOLORE ED EFFUSIONE DI SANGUE, *quantunque le figlie, alle quali ciò accade, siano state sempre pudiche. Severino Pineau, che pubblicò un trattato* - de notis virginitatis -, *e che ammette l'esistenza dell' imene,* ASSICURA E DIMOSTRA QUANTO POCO CONVENGHI ☞CALCOLARE SULLA CERTEZZA DI QUESTI SEGNI. *Dice egli che la membrana, della quale si tratta, si ammollisce, si dilata ed allarga sì facilmente, quando una giovane ha il suo flusso periodico,* CHE ELLA PUO', QUANTUNQUE VERGINE ED ILLIBATA, AMMET☞TERE UN'UOMO CON TANTA FACILITÀ, QUAN☞TO UNA FEMMINA, CHE ABBIA PARTORITO. *Soggiunge poi, che, cessati i mestrui, la forza contrattile delle parti la rimettono in tale stato, che l'amante o lo sposo* NON POTRA' REPLICARE L'ATTO SENZA ROMPERE ED INFRANGERE L'IMENE —.

88 — *Finalmente* (concludit) *qual singolare prova sarebbe questa* PER DICHIARARE LA ESISTENZA DELLA VERGINITÀ, *se, ciò non ostante, trovandosi in un soggetto,* AVESSE AVUTO LUOGO IL CONCEPIMENTO? *Ecco una singolare osservazione di Ruischio.*

Una donna gravida soffriva i più violenti dolori del parto....... Chiamato, esamina e TROVA LA MEMBRANA IMENE INTATTA, MOLTO FITTA E SPINTA ALL' INFUORI DELLA TESTA DEL FETO, CHE CERCAVA APRIRSI UN PASSAGGIO. *Ruischio* DIVISE QUESTA MEMBRANA COLLE FORBICI: *nulladimeno dopo questa operazione il parto non si avanzò. Ruischio scoprì* UNA SECONDA MEMBRANA CONTRO NATURA, SITUATA PIÙ PROFONDAMENTE, NELLA VAGINA: *l' aprì nello stesso modo che l' altra, ed immediatamente* IL BAMBINO VENNE ALLA LUCE VIVO E SANO, *e sua madre si ristabilì in poco tempo* —.

89 Magis quoque ad rem *Petrus Budin — Ostetricia e Gynecologia - Parigi* 1886. — *L' imene, come membrana propria, speciale, distinta, indipendente* NON ESISTE, *mentre la membrana, che si vede, quando si esaminano gli organi genitali, e che è stata decorata del nome d' imene,* NON E' ALTRO CHE L' ESTREMITA' ESTERNA DELLA VAGINA, CHE FA RISALTO SULLA MUCCOSA DELLA VULVA FRA LE PICCOLE LABBRA. — Rem comparat — *a un vero dito di guanto, che presenta alla sua estremità anteriore un orificio circolare, ed è l' estremità perforata di questo dito di guanto, che venendo ad insinuarsi e sortire fra le piccole labbra, costituisce ciò, che dicesi imene — Alcune volte questo orificio vaginale è assai piccolo, altre più largo, ed in certi casi le sue estremità sono rigide, in altri* PRESENTANO UNA FLESSIBILITA' ED UNA DILATABILITA', CHE STORDISCONO. *Queste disposizioni anatomiche permettono* DI SPIEGARE FACILMENTE UN CERTO NUMERO DI FENOMENI *osservati nel momento dei primi rapporti sessuali, durante il parto e* DOPO IL PARTO, QUANDO SI FORMANO LE CARUNCOLE MIRTIFORMI —.

90 Ad examen mox deveniens casuum, in hac re-

rum conditione evenientium, addit — : *Quando si esaminano gli organi genitali presso certe donne, che hanno avuto i primi rapporti facili , si vede* CHE NELL'ORIFICIO VAGINALE NON ESISTE LA MINIMA ROT-☞TURA, *e non vi è stata perdita di sangue.* E QUESTI FATTI NON SONO COSÌ RARI , COME LO SI PO-☞TREBBE CREDERE, *poichè nello* SPAZIO DI TRE ☞MESI *noi abbiamo dovuto constatare nella Clinica del parto della Facoltà* TREDICI VOLTE LA PRESENZA ☞DI UN' IMENE INTATTO SÙ SETTANTACINQUE PRIMIPARE ALL' INCIRCA —.

91 Hinc *Professor* loquendo de aliis casibus, in quibus unio inter Coniuges difficilior visa est, haec tradit —. *In certi casi rarissimi , le cose si passano anche in una maniera differente, i rapporti sessuali sono molto difficili, anche impossibili,* EPPURE NON SI PRODUCE ALCUNA ROTTURA. *Noï troviamo fra le nostre osservazioni un fatto di questo genere. Duranti otto giorni , furono fatti tentativi* RIPETUTI ED INFRUTTUOSI, *non sortì affatto sangue,* MA I DOLORI FURONO TALI, *che la persona, di cui si tratta, rifiutò,* DURANTI SEI MESI, *di aver rapporti sessuali* —. Diceres casum agi de nostro Comite cum Aloysia! Comes etiam cum *Abbate Koziejewichi* de inconsumatione in iis rerum adiunctis dubitavit *cit. Summ. num.* 72.

92 Verumtamen — *al termine di questi Mesi* (ait), *ebbero luogo nuovi tentativi, ma non fu solo, che* DOPO TRE SETTIMANE, CHE I RAPPORTI POTETTERO ESSERE COMPLETI, *non vi fù però mai perdita di sangue. Esaminando gli organi genitali,* SI VEDEVA CHE L'IMENE ERA ASSOLUTAMENTE INTATTO, E SI ERA PRODOTTA UNA DILATAZIONE PROGRESSIVA DELL' ORIFIFICIO VAGINALE —.

93 Idem *Professor* refert quoque casus mulierum , quaè ante partum repertae sunt intactae , inter quas —

una donna di 22 anni, primipara, che entrava nella Clinica delle partorenti della Facoltà dopo il mezzogiorno del 18 *Novembre* 1879. *Noi la esaminammo alle* 6 *della sera. Essa ci confessò* CHE ERA MERETRICE ☞PUBBLICA. L' ESAME DEI SUOI ORGANI GENITALI CI MOSTRÒ, CHE L' ORIFICIO VAGINALE ☞ERA INTATTO E IL CIRCOLO IMENALE ASSOLUTAMENTE COMPLETO. *L' indomani assistemmo* ALLA ESPULSIONE DEL FETO CORROTTO. *Similmente in una donna maritata da quattordici mesi*, CHE AVEVA L' ORIFICIO VAGINALE RISTRETTISSIMO ED ASSOLUTAMENTE INTATTO, ESSENDO STATA TUTTAVIA POSSIBILE LA INTRODUZIONE DELL' INDICE, IO COSTATAI *nella parte dell' utero* I SEGNI DI UNA GRAVIDANZA DI CIRCA TRE MESI, *con meraviglia della giovane sposa e sua madre. L' operazione chirurgica da essa domandata, per rendere la fecondazione possibile*, NON ERA PIÙ NECESSARIA : *la gravidanza continuò regolarmente il suo corso, ed il parto ebbe luogo a termine. La Signora X* CONTINUO' A RESTARE RAGAZZA INTATTA FINO A QUELL' EPOCA —.

94 Quid evenisset, quaeso, Patres, si causa de dissolutione matrimonii *ob non consumationem* acta fuisset primis duobus faeturae mensibus ? Quid si Medici ac Judices ad signa tantum externa se retulissent ? Quid si faetura, quavis ex causa, naturali vel criminosa, locum non habuisset ? Dixissent utique *non consumatum*, QUOD PLUS QUAM CONSUMATUM ABSOLUTUMQUE ERAT.

95 Notissimus *Doctor Fabre*, Praeses Scientiarum Medicinalium Gantis, in Opuscolo Parisiis edito anno 1881 sub titulo — *Persistenza dell' imene, che non ha impedito la concezione* — refert : — *La Signora Gilbert di* 27 *anni, dopo* 22 *mesi del suo matrimonio .... risen-*

te i dolori del parto... La Mammana volendo osservarla, invece di trovare un' ingresso facile, non può nemmeno introdurvi la polpa dell' indice. Al mio arrivo i dolori ricominciarono. Il mio indice incontra una membrana resistente, con un orificio centrale DI UN MEZZO CENTIMETRO APPENA DI DIAMETRO. *Il contorno del-orificio molto teso, forma diaframma; l' orlo sembra un poco spesso, esso è rigido. Cerco, sforzandolo, di farvi penetrare la polpa dell' indice, la paziente emette grida orribili. Ciò non ostante, la mia prima falange finisce per entrare con grande difficoltà .... poi introduco il dito medio .... in seguito cerco a farvi penetrare .... progressivamente l' indice ed il medio. Le grida della donna raddoppiano .... Cinque minuti più tardi vi entra il terzo : poi tutta la mano in forma di cono, meno il pollice .... Due ore dopo nasce una superba creatura , senza che vi fosse più bisogno della mia assistenza —.*

96 Inde addit: — *Secondo le informazioni datemi dal marito e quelle che mi aveva date essa stessa il 7 Novembre, e che mi ha oggi ripetute, la donna avrebbe sofferto un pò di vaginismo. Essa ha avuto sempre paura dei* CONTATTI CON SUO MARITO. *Essa non li tollerava,* CHE PER FORZA, *e quasi subito, dopo avervi prestato il suo consenso, essa era* INVOLONTARIAMENTE, *secondo il suo dire, obbligata di sottrarsi* AI DESIDERI DEL MARITO ED A RESPINGERLO.... *D'altra parte suo marito mi aveva comunicato le difficoltà, le resistenze ed anche gli ostacoli ,che aveva incontrati fino allora nei suoi rapporti colla moglie.*— Multa quoque in hoc casu accedunt nostro, de *relationibus coniugalibus Comitis cum Comitissa,* quae, si utero non concepit , *arcuit conceptionem* ex insolitis cubandi modis ab ea volitis, de quibus infra, aut etiam non *valuit concipere* ex alio quovis vitio.

97 Hinc praestantissimus *Fabre* Relationem concludit-: *Non cercherò punto di dimostrare l'importauza, che può*

avere al punto di vista MEDICO LEGALE LA CONOSCENZA DEI FATTI DI QUESTO GENERE *nella questione* SUI SEGNI DELLA VERGINITA', *nella questione sullo strupro* ecc. QUESTA IMPORTANZA RISULTA DA PER SE STESSA —.

98 Tandem, ne simus infiniti, ad magis adhuc probandum *ab hymenis existentia ad inconsumationem tuto inferri non posse*, praeter testimonia Obstetricum *Evans* et *Peral*, de quibus in *Summ. num.* 69 *et* 70, audiendus praeclarissimus *Martineau*, Medicus in Hospitali *di Leurcine*, membrum Societatis Medicae Hospitalium in *suis Lectionibus — sulle deformazioni vulvarie — Paris* 1886 *pag.* 30 *et seg.*, ita suis discipulis ajens —: A MOLTE RIPRESE HA POTUTO MOSTRARVI (*all'Ospedale*) *donne di sedici, venti e più anni*, CHE DA MOLTI ANNI SI ABBANDONARONO AL COITO (agitur de mulieribus publicis), IL DI CUI IMENE ERA INTATTO —. Et paulo post loquens de juvene quatuordecim annorum, ait: — *Questa era stata deflorata a dodici anni e mezzo da un uomo di venticinque anni. Qui però la parola* deflorata NON ☞E' ESATTA, PERCHE' LA MEMBRANA IMENE E' INTATTA IN TUTTE LE SUE PARTI —. Ac tandem —: *Questa disposizione della membrana imenale, come la disposizione annulare, è importante a conoscersi, principalmente* IN MEDICINA LEGALE, PERCHE', *come voi lo vedete*, VI PUO' ESSERE DEFLORAZIONE, ☞STUPRO, SENZA ROTTURA NELL' IMENE. LA GRAVIDANZA PUO' AVER LUOGO, L'IMENE RESTANDO INTATTO. *Del resto può ciò verificarsi in tutti i tipi, che rappresentano la membrana imene.* NUMEROSE OSSERVAZIONI ESISTONO A QUESTO RIGUARDO NELLA SCIENZA. *Poi ritorneremo su questo punto, a proposito dello studio della deflorazione* —.

99 Quod profecto agit — *nella sesta Lezione — pag.* 95 *et sequent.* Satis est nobis referre, quae Antecessor scribit *pag.* 10. —: *I rapporti conjugali possono esercitarsi senza dolore, senza perdita di sangue, senza difficoltà,* LA MEMBRANA IMENE ESSA STESSA PUO' RESTARE INTATTA. *Gli Autori hanno citato* NUMEROSI ESEMPI DI QUESTI FATTI: IO STESSO HO AVUTO SPESSO L' OCCASIONE DI MOSTRARVI, *duranti le mie conferenze cliniche,* DON-☞NE CHE SI ABBANDONANO DA MOLTI ANNI AL COITO, E CIO' PIU' VOLTE AL GIORNO, CHE ☞CONSERVAVANO LA MEMBRANA IMENE, *e nelle quali l'orificio vulvare non presenta alcuna deformazione. E' in questa circostanza, che l'esame medico delle ragazze, può farsi senza inconvenienti,* CHE LA GRAVIDANZA PUO' AVER LUOGO PRESSO GIOVANI, CHE POSSIEDONO ANCORA TUTTI GLI ATTRIBUTI DELLA VERGINITA', ANCHE AL MOMENTO DEL PARTO. I GINECOLOGI E GLI OSTETRICI NE CITANO NUMEROSI ESEMPI —.

100 Cui, coronidis loco, veluti accedit accurata *Parisiensis Ephemerides — Il progresso Medico — anno* XV, *Seconda Serie, Tom.* 6, *num.* 48 *pag.* 46, in qua Professor Obstetricus quaerit —: *Se può aversi un parto in termine, senza che l'imene si sia rotto* —? Et, relatis de hoc dubiis antea perpensis, insistens tamen in eo, quod — L'IMENE E' CAPACE ALCUNE VOLTE DI UNA GRANDISSIMA ESTENZIONE —, refert casum mulieris utero gestantis, quae *intacta* permanserat ante partum, cujus partus — *fù naturale* (sunt ejus verba), ET POST PARTUM — L'ESAME DEGLI ORGANI GENITALI ESTERNI MOSTRO' CHE ESSI AVEVANO CONSERVATO LA LORO INTEGRITA' QUASI COMPLETA, *e non si erano*

prodotte nell'orificio vaginale, che due piccole fessure in addietro e nel basso —.

101 At enim hic dicetur: si fides jam habenda non esset *integro hymeni virginitati mulieris statuendae,* quid dicendum *de quampluribus S. Congregationis Resolutionibus,* concedentibus super *hoc uno* dispensationem? Ergone criterium illud unicum et universale in quocumque alio casu, hic *tantum,* in casu nostro, nutabit? Antecedens, Patres, ut scitis, non est semper legittima probatio veritatis *consequentis,* neque EST NOVUM in Tribunalibus, utcunque Supremis, *quandoque in melius mutari consilium* ex *veritate* iterum cribrata et ad staterae lancem accuratius appensa.

102 Testem appellamus S. *Rotam Romanam,* amplissimum ex totius mundi Tribualibus, cujus interitum, seu potius *inertiam* delugemus ex politicis actualibus vicissitudinibus, rei judiciariae civiumque bono exitiossimis. *S. Rota* pluries RECESSIT *a theoriis* ac *jurisprudentia* sequuta A PLURIBUS SOECULIS, quod apprime patet *aliquibus* ex *Eminentissimis Patribus,* tunc illius Supremi Tribunalis Auditoribus, ac modo ad S. Purpurae honorem merito evectis et S. huic Congregationi pertinentibus.

103 Quid? Neque tamen est verum, uti ex adverso asseritur, *solam hymenis existentiam semper in S. Congregatione habitam fuisse uti* CERTUM FIRMUMQUE *inconsumationis matrimonii* JUDICIUM. *S.* enim *Congragatio* id admisit, cum, VIRI IMPOTENTIA AD COEUNDUM PROBATA, hoc signo factum confirmamari potuit. Item, cum *Conjuges*, INCONSUMATIONIS FACTUM JUREJURANDO CONFIRMANTES, hujus veritatem ex hymenis existentia in muliere ALIISQUE ADMINICULIS JURE ADMISSIS constituerunt. Item cum ex *rerum circumstantiis* evidenter probatum sit CONJUGES NUNQUAM INSIMUL

CONCUBUISSE AUT CONCUMBERE POTUISSE. Rursus cum EX CONJUGUM INSPECTIONE JURIDICE PERACTA, *talem* inter eos DIFFERENTIAM existere probatum est, ut in rerum natura, aut absolute aut relative, CONJUNCTIO HABERE LOCUM NON POTUERIT. Rursus, cum in muliere adeo reliqua omnia *incorruptionis signa perspicua essent*, ut ne *minimum quidem dubium ingeri possit* QUOAD UNUM EX IPSIS.

104 Omnia, quae de *hymene integro* et *dispensatione* per S. Ordinem concessa afferri possent exempla, HISCE CIRCUMSTANTIIS ET RERUM ADJUNCTIS, *praeter integritatem hymenis*, plus minusve SEMPER INNITUNTUR. Ad *unam* tantum *Resolutionem*, quae SOLI ET UNICO HYMENI FULCIATUR, pro concessione dispensationis, ut fieri modo vellet, ADVERSARIOS PROVOCAMUS. Legimus et sub oculos habemus *centenas* in materia *Decisiones*, suoque tempore, si opus fuerit, proferemus.

105 NIL tamen in casu nostro! Siquidem *Medici Parisienses*, qui nobis in *Relatione* opponuntur, NIL REFERUNT de *vulvae statu*, seu, uti loquuntur qui de hisce rebus tractant -- *delle deformazioni della vulva* --. NON DICUNT — *se si è trovata traperta nella parte superiore o inferiore* —, quaeque sint — *le forme e condizioni della clitoride, lo stato delle grandi e piccole labbra, il colore, le rugosità, lo stato della commissura inferiore, designata sotto il nome di forchetta* —. NIL HABENT de conditione — *della fossa navicolare, del piccolo triangolo, chiamato vestibolo, della direzione del meato orinario, del muscolo restringente* — et similibus, que omnia, ut supra vidimus § 53 *Restrict.*, ex Doctoribus *Tardieu, Martineau, Oliveti* aliisque scitu necessaria essent ad concludendum, cum *hymenis integritate*, mulierem *uti virginem* agnoscendam esse.

106 Medici de *sola integritate hymenis* loquuntur. OMNIA ALIA IGNORANTUR, cum et IPSA INTEGRITAS nec *tuto* nobis, nec *certo certius* juridice CONSTET. EX NOSTRIS enim sive MEDICIS, sive OBSTETRICIBUS, quas Tribunali absque dubio proposuissemus, ☞NEMO UNUS ADFUIT, quandoquidem OMNIA CLANCULUM ACTA SUNT, adstante *religiosa foemina* !

107 Unum Medici dixerunt: — *che il dito introdotto nell'orificio vaginale è fortemente stretto* — *cit. contr. Summ. num.* 33. Abscedendo tamen ab iis, quae a muliere exposita sunt per summam injuriam et *ad cauthelam* in suis *Notulis* Curiae Parisiensi, quae prostant in processu et confirmata sunt in ejusdem depositionibus, *de frequenti introductione digiti a viro patrata,* cujus Cognitores judiciales *nec volam, nec vestigium* invenerunt, quamvis agatur *de digito satis magno* ex physica constitutione Comitis; ab hoc, inquam, abscedendo, omnes intelligunt PER NON USUM (intacto praesertim existente hymene, si hoc credi posset in casu!) *post aliquot menses,* RES in foemina IN EUMDEM STATUM REVERTERE, QUO INITIO ERANT.

108 Ait supra laudatus *Auctor* Ostetriciae, *Budin,* in § *III sui Operis* — *Considerazioni Medico-legali* — ad quaesitum — *La donna ha avuti rapporti sessuali?* — *pag.* 314 —: IN UN CERTO NUMERO DI CASI, I RAPPORTI SESSUALI COMPLETI ED ANCHE FREQUENTEMENTE RIPETUTI POSSONO AVER LUOGO SENZA CHE NE RISULTI LA MINIMA ☞ LESIONE DELL' ORIFIZIO VAGINALE. L' ESAME IL PIU' ATTENTO NON PERMETTE DI RICONOSCERE, CHE UN' APERTURA IMENALE ASSOLUTAMENTE INTATTA —. Unde sapide concludit —: *Questo famoso capitale nelle ragazze, di cui Alessandro Dumas ha parlato in una maniera tanto clamorosa,* NON HA AL PUNTO DI VISTA FISICO IL VALORE,

CHE GLI E' STATO ATTRIBUITO. MOLTE DONNE POTREBBERO PER LO MENO, SENZA CHE APPARISSE IL CONTRARIO, GODERNE LE RENDITE. *E per adottare una espressione anche più moderna,* NON VI SAREBBE STATO NIENTE (*nei loro rapporti*) D' IRREPARABILE —.

109 Sed amodo, Patres, antequam finem sermonis faciamus, hic parumper consistere adhuc oportet. *Mulier,* uti monuimus, statuere debet *inconsumationem,* alias *repellenda est,* cum *maritus* versetur *in possessione matrimonii.* Hoc illa non prestat, non *Interrogatorio Conjugum,* non *testimonio septimae manus,* non *inspectione corporum.* Una ex *his probationibus* alteram DESTRUIT. Reliqua esset *existentia hymenis,* sed, quanti haec *sola* valeat, ubi aliis potentissimis iisque luce clarioribus argumentis inconsumationis non fulciatur, supra vidimus.

110 NOS INVICEM HIC PROBABIMUS CONSUMATIONEM MATRIMONII LOCUM HABUISSE *integro quadriennio,* VEL 300 vicibus, in quibus mulier confitetur in *prima Memoria* ab ipsa subsignata et exhibita Curiae Parisiensi *cubasse in eodem lecto cum marito,* VEL, uti juratus vir in responsione *Interrogatorio* declaravit -- *principio quater ad minimum in quavis hebdomada, duobus sequentibus annis quater vel quinquies in quovis mense, ultimo vero anno quater vel quinquies tantum in toto anno* -- *cit. contr. Summ. num.* 88. Nobis non *vincendum,* sed TRIUMPHANDUM EST.

111 Itaque MATRIMONIUM CONSUMATUM ESSE patet, praeter juratam viri confessionem, junctam testimonio septimae manus et inspetioni sui corporis:

1 ex *praesumptione* legali, quod Conjuges firma valetudine, in flore juventae et ad invicem simpathicos matrimonium consumaverint, *cubando potissimum in eodem lecto per quatuor annos.* Matrimonium a Ca-

nonistis consumatum praesumitur ex simplici diversatione *unius vel alterius diei.*

II Ex *nulla* per Aloysiam *edita quaerela de impotentia viri intra quadriennium cit. contr. Summ. a num.* 9 *ad* 32, *et a num.* 94 *ad* 107. Fabella prodiit, cum mulier a marito *divertit scivitque a solito pharmacopola,* quem adiit, probationem inconsumationis esse necessariam in judicio dispensationis, ad eamque valde conferre argumentum *de impotentia viri.*

III Ex *responsione jurata* ipsius Aloysiae *Interrogatorio,* ubi verbis confirmare sategit tunc primo ab ea editam inconsumationem. Quandoquidem rogata a Judice processus --: *Credete voi, che vostro marito sia assolutamente incapace di avere con una donna rapporti regolari?* --, ait --: *Io non posso rispondere in ciò -- cit. contr. Summ. num.* 9.

IV Ex *nullis* per Comitem *Medicis accitis* tempore conviventiae, *nulloque remedio adhibito,* ut a virili debilitate sese redimeret *cit. contr. Summ. num.* 97 et 100. *et Summ. num.* 66. Quod fieri passim assolet, uti compertum est, in omni matrimonio, ubi maritus viribus deficiat, vitandis domi rixis et foris scandalis separationis.

V Ex *litteris uxoris ad maritum* annis 1881, 1882, 1883, 1884 et 1885, *amore redundantibus,* ubi nunc mulier desperatione angitur ob ejus absentiam, nunc alludit felicitati unionis maritalis, quam avet, nunc enixe maritum rogat, ut reditum maturet, cum sit uxor contenta *sola* vivere cum *solo* marito ruri, procul ab urbibus *cit. Summ. num.* 5 *ad* 46. Testimonium hoc est invictissimum *quatuor annorum, tempore insuspecto,* neque est credibile uxorem tanta dilectione maritum prosequi et cum eo velle *semper diversari,* si legittimis matrimonii desideriis non satisfeceret.

VI Ex *frequenti Aloysiae opinione,* quod esset *praegnans*

contr. Summ. num. 11 *et* 88, cumque nullo modo vellet concipere *cit. Summ. num.* 98, singulis vicibus, expleto actu, vas lavabat, librosque de arte medica legebat, unde disceret, quomodo conceptionem vitaret *cit. contr. Summ. num.* 88. Neque etiam servare volebat situm naturalem in concubitu *cit. contr. Summ. num.* 9 *et* 88. Porro, si maritus esset vere impos, neque, erecta hasta, semen effunderet intra vas muliebre, *has omnes cauthelas* mulier *non servasset.*

VII Ex *dolore uxoris in congressibus maritalibus*, ideoque maritus, ut aegritudinem minueret, unguento -- *cold-creme* -- utebatur. In flaccido pene, *nullus* profecto *dolor* uxoris in coli immissione, *nulla* unguentorum *necessitas.*

VIII Ex *ipsis anxiis Comitis* cum *Praesule Koziejowski*, post primos menses matrimonii circa ab eo patratam vel non consumationem, *obsistente semper uxore rite explendo actui conjugali.* Si maritus fuisset impos, et hoc nemo alius pro eo melius sciret, non dubitasset, *de quo dubitare nullo modo poterat.*

IX *Ex opinione Ducis Pellisier*, avunculi Aloysiae, in littera 10 Februarii 1885 pro reconciliatione. — *Se tu sei vergine* (ajebat nepoti), *sei tu sola, che ne sei la causa. Esso non è impotente — Summ. num.* 59. Ita sane avunculus non scriberet nepoti, callens secreta familiae, recedente potissimum tunc uxore a marito, et ab ea naturaliter querens de impotentia viri, de qua antea loquutum non erat.

X *Ex introductione digiti — nell' orificio vaginale —*, facta per *Medicos Cognitores* in actu inspectionis *contr. Summ. num.* 33, quae pluries etiam ad invidiam creandam per Aloysiam peracta dicitur *ab ipso marito.* Haec causa erat suae aegritudinis *contr. cit. Summ. num.* 9. At *digitus* Comitis est

sat grandis ex physica, quam novimus, ipsius conformatione. Sicuti itaque *digiti Medicorum*, et potissimum *digitus mariti*, *introire poterant*, *absque hymenis laceratione*, quod intactum repertum est, ita introire etiam poterat *sine laceratione hymenis colus mariti*.

XI Ex *medicinis ad foetum expellendum comparatis balneoque nimis calido adhibito cit. contr. Summ. num.* 98. Cubicularia repetitis vicibus pro Comitissa *crocum* et *nucem vomicam* emit, solita remedia, ut scitur, pro abortu *cit. contr. Summ. num.* 98.

XII Ex *colloquio inter Comitem et matrem Aloysiae*, ab hac relato in examine judiciali. Praemisso a matre Aloysiae, quod — *i Conjugi hanno diviso lo stesso letto quasi continuamente, quando il Conte era in casa con mia figlia* —, recordatur — *che un giorno, in cui il Conte ritornava tardissimo, io gli domandai, se non andava fuori di casa a cercare soddisfazioni. Egli mi rispose: Ho assai da fare per contentare vostra figlia* —. *Ciò mi fece sospettare, che trovava mia figlia* TROPPO ESIGENTE, *ed era in* QUESTO SENSO, *che esso me lo diceva* — *cit. contr. Summ. num.* 10. Hoc *duo* probat: matrem Aloysiae retinuisse Comitem *potentem*, si suspicabatur nimis sero domum adveniendo, alias eum domos frequentare. Comitem vero sese etiam *potentem* declarasse verbis: — *Ho assai da fare per contentare vostra figlia* —, e conspectu potissimum matris uxoris *omnia secreta filiae* naturaliter *callentis*. Si rei uxoriae Comes dare operam non poterat ex virium defectu, quomodo hoc diceret *matri*, quae ideo illum *irrisisset*?

XIII Ex *teste Beline*, cubicularia atque intima adversariae, quae, confirmando dicta matris Comitissae circa communicationem — *fra marito e moglie dello stesso letto quasi continuamente* — *cit. contr. Summ. num.*

10, quin imo addendo — *io ho visto più volte la Contessa prendere la iniziativa presso il Conte per ottenere il compimento del dovere* —, NULLAS UNQUAM MACULAS SEMINIS VIRI VIDIT IN LECTO NUPTIALI ET IN LINTEIS PARARI SOLITIS *cit. contr. Summ. num.* 11. Ergone in pluribus maritalibus congressibus, communiter a Conjugibus assertis, perfecte vel imperfecte *cit. contr. Summ. num.* 9 *et* 88, semen effusum non est? UNDE ABIIT? Si non apparebat in linteis, immissum ergo est *in vas muliebre.*

XIV Ex *extrajudicialibus Peritiis trium Medicorum Vindobonensium,* factis *sub die* 30 *Novembris* 1885, super corpore Comitis *ipso anno separationis.* Hi, excellentiores in ea Urbe, descripta prius physica eius conformatione, optima sane nullique morbo obnoxia, concluserunt: — *Non vi è alcun motivo per ammettere, che il signor Conte Giovanni Zamoyski non possiede la facoltà di pratticare il coito* — (potentia coeundi) *Summ. num.* 68. Sique hi tres Medici Comitem *de tempore fere cohabitationis inspexerunt,* illae etiam concidunt turbae ex adverso cieri solitae, quod, de tempore *inspectionis judicialis anni* 1887, Comes fortasse non fuerit, qualis *anno* 1885 praedicatus est.

XV Ex *tot tandem tantisque litteris, supplicationibus, deprecationibus* ad uxorem, ad amicos, ad parentes, ad S. Congregationem, ad Summum vel ipsum Pontificem, ante et post processum, solemnibus et minus solemnibus diebus, *pro reconciliatione cum uxore,* in quibus omnibus *haud immoraretur,* si sciret se esse *impotentem* et matrimonium *non consumari.* Ad haec, si Comes suasus non esset se posse in posterum cum uxore prae naturali vi convenire, quomodo super eo insisteret, quod causa sibi foret *novarum aerumnarum et publici scandali,* haud ple-

ne in re conjugali *satisfacta* uxore, neque per eum *satisfacienda* ?

112 Jamque, Patres Eminentissimi, dextra laevaque DUO VIAE CLAUDUNT: una *latissima et consularis*, altera *angustior*, sed etiam *tuta*, ut ab huius causae anxiis Vos quoque eximatis, quam sola laevitas, vel invidia peperit, vel aviditas lucri, quaeque esse posset fons *magnarum consequentiarum* et *publicae admirationis in Orbe Catholico*, soluto matrimonio.

113 Via *latissima* et *consularis* est in ABSCISSA REJECTIONE INSTANTIAE DISPENSATIONIS ex passim obviis principiis, scilicet:

quia mulier probare tenetur *matrimonium consumari*, exhistente *marito* in *legittima possessione* vinculi *indissolubilis*.

quia mulier huic probationi *non paret* in Interrogatorio, in testimonio septimae manus et in inspectionibus Conjugum, sese *ad invicem confligentibus*.

quia unica probatio inconsumationis in themate esset *hymen Aloysiae integrum*, quod, abscedendo etiam a *nullitate* et *inexistentia inspectionis factae Parisiis*, haud servata forma canonica, *nullam omnino* in re medico - legali *probationem ex se ipsa constituere*, supra *ostensum est*.

quia jurisprudentia S. Ordinis super *perfecta probatione inconsumationis matrimonii* per *hymen integrum*, intelligenda est, uti patet ex singulis casibus, qui afferri possent:

(*a*) si *viri impotentia* ad coeundum sit *insimul* probata:

(*b*) si *ambo Conjuges inconsumationem* jurejurando *affirmantes*, praeter integritatem hymenis, *alia argumenta* haberent et *potentissima adminicula* pro inconsumatione:

(c) si probatum amodo sit *numquam Conjuges insimul concubuisse*, vel *concumbere voluisse*:

(d) si ex *utriusque Conjugis judiciali inspectione* statui valuit, *talem in genitalibus utriusque differentiam existere*, ut *per rerum naturam*, absolute vel relative, *conjunctio habere locum non potuit*:

(e) si *in muliere* adeo incorruptionis *signa* patent, ut *nullum quidem dubium* ingeri possit, etiam in *uno*, de integritate:

quia nedum, in casu nostro, *mulier non probat inconsumationem*, uti praestare debuisset, sed *contra vir sequutam consumationem invicte ostendit.*

taudem *quia*, in omni *dubio inconsumationis*, *pro firmitate matrimonii* respondendum est, cum sit hoc *aequius* et *tutius*, et in rebus magni monenti *in iure sequendum.*

114 Si tamen via *angustior* et *aerumnarum plena assequi contra velit*, quasi, quae adhuc in delugendo processu evenerunt et evenire poterunt, non sufficiant, NUNQUAM sane arbitramur, prae justitia et aequitate Eñorum et Rñorum Patrum, NOVUM PROCESSUM NON CONFICI, antequam causa decidatur, ex parte *mulieris* super *sua physica integritate*, nam *alter Vindobonensis* ad juris normam exactus est. Hic *novus* processus fieri certe oporteret EXTRA PARISIOS, in loco S. Ordini magis beneviso, et, si fieri posset, ROMAE pro Conjugum securitate.

115 Ad perditam vero quamque hypothesim in *nova* actorum assumptione, vel *integra*, vel *in partibus substantialibus*, PERFICIENDA ESSET in *capite libri* ALOYSIAE INSPECTIO CUM ADSISTENTIA MATRONAE ET CUM TRIBUS OBSTETRICIBUS, a Peritis viris instruendis de recognoscendo visu et tactu in muliebrium inspectione, juxta *Instructionem S. Congregaionis anni* 1840 in § *Iudex.*

116 Hae vero *Obstetrices*, adhibitis coeteris *Instructionis* cauthelis, referent, *an Aloysiae hymen* SIT VERE INTEGRUM, ET QUALE HOC SIT: hinc SEORSIM renuntiabunt — *de virginitatis aut corruptionis* INDICIIS *ab inspectione resultantibus, an* CERTA *et* QUALIA *supersint signa et argumenta* INTEMERATI AUT CORRUPTI CLAUSTRI VIRGINALIS, *et an ulla fraus ad virginitatem simulandam adhiberi potuerit* —. *Periti* tandem in formali examine, juxta *Instructionem*, SEORSIM *definitivum judicium* edent super relatis et depositis *ab Obstetricibus*.

